

Pigna-Calcagnini-Ariosto 1553

Carminum lib. quatuor, ad Alphonsum Ferrariae Principem.  
His adiunximus Caelii Calcagnini Carm. lib. III.  
Ludouici Areosti Carm. lib. II, Venetiis:  
ex officina Erasmiana Vincentii Valgrisii, 1553.

G.B. Pigna:

Book 1

Book 2

Book 3

Book 4

Satires

Celio Calcagnini

[Book 1](#)

- 171 [AD HER. II. FERR. DUCEM III.](#)
- 171 [AD IULIANUM NASELLUM.](#)
- 172 [PRAESTIGIATORIS EPIT.](#)
- 172 [AD MARONEM.](#)
- 173 [DE ANNULO EXPOLIENDO.](#)
- 174 [LUCRETIAE BORGIAE DUCIS EXPECTATIO.](#)
- 175 [HOROLOGII AENIGMA.](#)
- 176 [CANTELMAE EPIT.](#)
- 177 [IN DIRAS PONT. MAX.](#)
- 177 [LUDOVICI CAELII RODIGINI EPIT.](#)
- 177 [AD LILIUM GREG. GYRALDUM.](#)
- 178 [AD IULIANUM NASELLUM.](#)
- 178 [AD AUGUSTINUM MUSTUM.](#)
- 178 [DE HYMNIS RHOSI POETAE.](#)
- 179 [BONA FORTUNAE PRECARIA ESSE.](#)
- 179 [DE ANTEROTA.](#)
- 179 [DE SECURITATE URBIS FERRARIAE.](#)
- 180 [PERTURBATIO TEMPORUM GENIALIUM.](#)
- 181 [DE PISTOPHILO.](#)
- 181 [ARCHIMEDIS EPIT.](#)
- 182 [AP HER DUCEM.](#)
- 182 [IN ARROGANTIAM HIPPOCLIDIS.](#)
- 182 [ANYSII CARMEN.](#)
- 183 [IN LINUM.](#)
- 183 [HOROLOGIUM FULMINITUM.](#)

- 183 [PULLICIS NUNCUPATIO.](#)  
 184 [AD LILIUM GREG. GYRALDUM.](#)  
 185 [AD DANIELEM FINUM.](#)  
 186 [AD NOCTEM.](#)  
 187 [AD HERCULEM STROZZAM.](#)  
 187 [PROTEUS ABDUCENTE HELENAM PARIDE.](#)  
 188 [DE CALENDIS APRILIBUS.](#)  
 189 [AD LILIUM.](#)  
 189 [AD BENEDICTUM LAMPRIDIUM.](#)  
 190 [AD LEONEM X.](#)  
 191 [DESCRIPTIO CUNNI.](#)  
 191 [DESCRIPTIO CULI.](#)  
 191 [PRIAPI FORTITUDO.](#)  
 192 [IN INPUDICUM.](#)  
 192 [DE LUSU PUELLARUM.](#)

## Book 2

- 193 AD HERC. II. FERR. DUCEM III.  
 193 AD EUNDEM.  
 194 AD EUNDEM.  
 194 BIBO P. PRODUCTA IN BACCHANALIS.  
 194 DE OBITU IULII II. PONT. MAX.  
 195 PHILOSOPHUS IN MAGISTRATU.  
 195 INSIGNIA HIPPI. CARD. FERR.  
 195 EIUSDEM TUMULUS.  
 196 AD HADRIANUM VI. PONT. MAX.  
 196 CARMINA NON ESSE OBTEGENDA.  
 196 POETAE QUARTANA LABORANTI.  
 197 AD HIERONYMUM ALEANDRUM.  
 197 LESBIAE AMOR.  
 197 DE STATUA FABRICII.  
 197 ENCOMIUM CULICIS.  
 198 PHASIANI CONQUESTIO.  
 198 DE HERCULE DUCE.  
 198 IN STATUAM DISCOLBOLI.  
 199 DE LAIDE ANU.  
 199 [PERDIX MUNUS IACOBELLI SERAPHINI .](#)  
 199 [APES IN PHARETRA CUPIDINIS.](#)  
 200 DE IISDEM.  
 200 [IN DETRACTOREM.](#)  
 220 [DE RONNO EPIGRAMMATIS.](#)  
 201 AD ANTONIUM CONSTABILEM.

201 AD HER. DUCEM.  
201 NAEVUS IN PECTORE AMICAE.  
202 DE OBITU EURYNOMEAE EX GRAECO.  
202 DE HARMONICA DORICA.  
202 DE INSULA PRINCIPIS.  
203 DE MARCUM ANTONIUM ANTIMACHUM.  
203 ECHO.  
203 IN TITI STROZZAE OBITO.  
204 QUOMODO QUIS SE AD MORTEM INSTRUAT.  
204 BACCHUS EX IGNE RAPTUS.  
204 AD HER. DUCEM.  
205 AD IO. BAPTISTAM GYRALDUM.  
205 RAPHAELIS URBINATIS INDUSTRIA.  
205 LUDOVICI AREOSTI EPIT.  
205 AD LILIUM GREG. GYR.  
206 AMOR VICTO HERCULAE CONQUEIESCENS.  
206 AD SERAPHINUM IACOBELLUM.  
206 DE CALAMO EX GRAECO.  
207 DE VIOLANTHIDE.  
207 CONIURATI IN ALEX VI. PONT. MAX.  
207 NATURAE ACCUSATIO.  
207 DE PUERO AHENEO.  
207 AD PHLEGIAM.  
208 DE NIOBE.  
208 CUBITI NILI.  
208 CASUS ICARI.  
208 AD NEMESIN.  
208 ICONICA HER. D. IMAGO.  
208 NERONIS IMPIETAS IN AGRIPPINAM MATREM.  
209 IOANNIS MANARDI EPIT.  
209 AD HER. DUCEM.  
209 AD NEMESIN.  
209 DE IUGI AMORE PHILLIDIS, ET DAPHNIDIS.  
210 DE LAPIDE SIPYLEIO.  
210 IN SENEM FERULA UTENTEM.  
210 CAECUS, ET CLAUDUS IUNCTI.  
210 AMOR IN FONTE.  
210 ITEM. "Qui puerum statuit..."  
201 BUCULA MYRONES.  
211. ITEM. "Ventre boves pariunt..."  
211. ITEM. "En vitulus frustra..."  
211. ITEM. "Vacca Myronis agros..."

211. ITEM. "Quod non sit..."  
211. ITEM. "Mugio sed quod..."  
211. ITEM. "Quod fieri arte..."  
211. ITEM. "Si me quaerentem..."  
211. ITEM. "Ecce homiNes perdit..."  
212. ITEM. "Stulte quid exuggis..."  
212 EQUUS LYSIPPI AENEUS.  
212 AMOR LOQUITUR.  
212 IMAGO ALCIBIADIS IN AURO.  
212 CALAMUS ADSCRIBENDUM CONCINNATUS.  
212 DE FILIIS HERC. DUCIS.  
212 AD IMAGINEM HERC. DUCIS.  
213 AD EANDEM.  
213 CALENDIS IAN. NIVOSIS.  
213 ECHO.  
213 DE RUSTICIS TRITURANTIBUS.  
213 AD HELIODORAM.  
214 VICTORIAE ALAE DECUSSAE FULMINE.  
214 ITEM. "amisit volucres praepes..."  
214 GLYCERES PULCHRITUDO.  
214 QUANTA VIS IN ANT. LEVA.  
215 AD HER. DUCEM.  
215 NIOBE.  
215 ITEM.  
215 IN CENOTAPHIUM ASTYDAMANTIS.  
215 DE AQUILA UXORE LOXANI.  
216 ITEM.  
216 [AD LEONEM X PONT. MAX.](#)  
216 AD CAMILLUM CAPILUPUM.  
217 HOROLOGIUM FULMINITUM.  
217 IN ORGANUM MUSICUM EX ALABASTRO.  
218 AD GRALLATOREM.  
218 ALPHENO FOENERATORI.  
218 DE BARBABI NOMINE.  
218 DE RHODIGIO.  
218 VINUM EX SNAGUINE GIGANTUM.  
219 DE ROMA, ET BONONIA.  
219 LUD. PANN. REGIS EPIT.  
219 ALIUD.  
219 IULII STATUA IN TORMENTUM CONFLATA.  
219 DE VENETIIS.  
220 DE ANTONIO CONSTABILI.

- 220 EPIT. DELPHINI GALLIAE REGIS FILII.  
221 [DE PRIAPO.](#)  
221 [PRIAPI ADMONITO IN HORTO BEMBI.](#)  
221 [IDEM RUSTICO.](#)  
222 [DE HYELLA.](#)  
222 [IN OLLUM.](#)  
222 [IN NAEVOLUM.](#)

Book 3

- 223 [AD HER. II. DUCEM IIII.](#)  
224 [DONA PRECATIO IRENEAE FERENTI UTERUM.](#)  
224 [AD VENEREM E MARI EMERGENTEM.](#)  
225 [ROMA DIREPTA.](#)  
226 [FICUUM MUNUS.](#)  
227 [QUOD SIT AMICAE MANCIPATUS.](#)  
229 [CANTUS IN BACCHI NATALI.](#)  
230 [LUDUS NYMPHARUM NIVIS TEMPORE.](#)  
233 [MASINISSA SOPHONISBAE.](#)  
237 [PENELOPES NOX PRIMA.](#)  
241 [PENELOPES NOX SECUNDA.](#)  
245 [DE MORIBUS SCYTHARUM AD DANIELEM FINUM.](#)  
252 [ROCCAHAE CANIS ENCOMIUM.](#)  
259 [DE IOVIANO PONTANO.](#)  
259 [IN PARTU IRENEAE DUCIS.](#)  
260 [RISUS ENCOMION.](#)  
261 [ECHO MONOSYLLABA.](#)  
262 [AD IANUM.](#)  
263 [DE AUSPICATO FULMINE.](#)  
263 [NOVEM FRATRUM TUMULUS.](#)  
264 [AD LEONEM X PONT. MAX.](#)  
266 [IMAGO D. HIERONYMI IN NUCIS CORTICE EXPRESSA.](#)

Ludovico Ariosto

Book 1

Book 2

{Pigna 1}

IO. BAPTISTAE PIGNAE  
CARMINUM  
LIB. QUATUOR,

AD ALPHONSUM FERRARIAE PRINCIPEM.

His adiunximus

CAELII CALCAGNINI CARM. LIB. III.

LUDOVICI AREOSTI CARM. LIB. II.

CUM PRIVILEGIO.

VENETIIS,

EX OFFICINA ERASMIANA,  
VINCENTII VALGRISII.

M.D.LIII.

{Pigna 2}

IO. BAPTISTAE PIGNAE LIB. IIII.

CAELII CALCAGNINI LIB. III.

LUDOVICI AREOSTI CARM. LIB. II.

{Pigna 3}

ALPHONSO FERRARIAE PRINCIPI,

IO. BAPTISTA PIGNA. S. D.

MAGNA quidem fuit, Alphonse Prin. tua erga me benignitas, cum me superiori anno, qui luce clauditur hodierna, honorifice admodum in regalem aulam tuam inter tuos intimos familiares suscepisti; magna etiam, cum mihi proximis diebus literae tuae quanti me facias exposuerunt. Ego vero donec et apud Aloysium fratrem tuum, et in studiis explicationum quas publice habeo, tempus omne contero, a te remotus meam tibi operam aliquantulum licet, ut deberem tamen nequaquam praesto.

Quapropter non possum non satis excruciarī. iamque in ipso dolore succubuissem, nisi ex hoc literato ocio haec mihi data fuisset occasio, ut quae variis temporibus ad delectationem in laboriosis lucubrationibus inferendam lusi carmina, simul redigerem, eaque tibi dicata in lucem ederem. sic enim in tuae spem gratiae id a me susceptum munus aliqua ex parte mea sedare potest animi commotionem. Opportune vero (ut arbitror) hac provinciam

sum aggressus, tum quod mihi iuvenilem ob aetatem conueniat: tu quod tibi  
graviore actio-

{Pigna 4}

-nes, in quibus illustrissime versaris, quandoque intermittenti aliquam possit  
afferre iucunditatem. Accipe igitur Pignae tui carmina, unaque etiam  
Calcagnini, et Areosti. Nam cum Ant. Musa Brasavolus socer, sui in  
mansuetioribus litoris magistri poetice scripta; et parentis etiam sui poetice  
scripta Virginius Areostus doctrinae et humanitatis vinculo mihi  
coniunctissimus, arbitrio iudicioque meo commisissent, elegi ego quae mihi  
magis approbarentur: adhibito etiam Galeacii Gonzagae consensu, viri  
generis antiquitate, et ingenii acumine Varo comparandi. Illorumque versus  
meis addidi, ut quae essent in ipsis tenebrae, ab his duobus urbis tuae  
patriaeque meae luminibus excuterentur; ipsique fortasse interituri ex  
istorum vita superstites sorent. Id etiam me movit ut viros hosce mihi  
adiungerem, quod uti alter genitori, alter auo tuo, sic tibi ego pariter  
addictus. nec minus ego Hippolyti II. Card. observantiss. quam ambo ipsi  
Hippolyti primi. Nunc Alphonse Prin. haec leviora. mox poeticarum  
quaestionum libros duodecim perleges, qui conficto a me verisimili tamen  
argumento conscribuntur de his, quae ad Saluiati tui mensam sex viri  
clarissimi longa disquisitione tractarunt. Vale.  
viii. Id. Ianuar. M.D.LIII. Ferraria.

{Pigna 5}

IOAN. BAPTISTAE PIGNAE  
CARMINUM LIBER PRIMUS,  
AD ALPHONSUM FERRARIAE PRINCIPEM.

LUCE, qua natum genitore mundi

[http://carmina-latina.com/cariboost\\_files/PIGNA\\_CA\\_TWD.pdf](http://carmina-latina.com/cariboost_files/PIGNA_CA_TWD.pdf)

[http://carmina-latina.com/cariboost\\_files/PIGNA\\_SA\\_TWD.pdf](http://carmina-latina.com/cariboost_files/PIGNA_SA_TWD.pdf)

{Pigna 171}

CAELII CALCAGNINI  
CARMINUM.  
LIBER PRIMUS.

AD HERC. II. FERR. DUCEM IIII.

CONSUESTI dare magna, teque digna,  
Atque isthaec bonitas, benignitasque  
Te in coelum evehit aureis quadrigis,  
Nos damus tibi forsan impudenter  
Et parva, et tenui cliente digna:  
At tu gloria seculi recentis  
Princeps optime, gloriose princeps,  
Haec parva accipias lubente vultu:  
Et mentem hanc, animumque metiare,  
Tuo in secula Numini dicatum.  
Nam sic te facile probabis esse  
Dando, et accipiendo liberalem.

AD IULIANUM NASELLUM.

ADDICTA est Bavioque, Moevioque  
Merces putida, et expetita multis,  
Per me iam digitos ad astra tollant.  
In hoc emporio gravi, et pudendo,  
Naselle optime nolo nundinari.

{Pigna 172}

PRAESTIGIATORIS EPIT.

QUIS lateat tumulo non ausim dicere, ne quid  
Fortasse mentiar per imprudentiam.  
Dunc certe tumulum vel adit, vel visus adire est  
Praestigiator omnium vaferrimus.  
Ille cui dederat cunctas Cyllenius artes,  
Et versipelles, atque desultorias.  
Qui nostris oculis adeo miracula finxit,  
Ut se negarent cernere id quod cernerent.  
Qui potis Arcesilae solus documenta probare,  
Acerrimus magister ignorantiae.  
Quare nunquid obit, nunquid simularit obire.  
Non est adhuc cuiquam expeditum dicere.  
Et licet ad manes etiam descenderit, ipsis  
Ibit, redibit ut lubebit insciis.  
Et quotiens Minos releget suffragia, versis  
Mutabit atra in candida acetabulis.



AD MARONEM.

QUOD princeps adiens Iazygas, et Scythas  
Quos unde gelidi Strymonis alluunt,  
Non te inter comites adscierit viae,  
Hoc te discruciat plus satis anxium,  
Ne te ille in numerum forte redegerit,  
Neu segnis videare: et quasi Sannio  
Observare domi semianimem focum,  
Demens qui superum munera non vides.  
Nec sentis faveat quom tibi Nortia

{Pigna 173}

Quae nunc mille tibi incommoda subtrahat,  
Quae te surripiat servitio gravi.  
Invitumque licet te sibi mancipet.  
Nunc liber potis es per nemus avium  
Vel turdos laqueo, vel lepores cane  
Sectari: et si hyemes detineant domi,  
Iactis vulturiis fallere tempora,  
Aut musis animum comere dulcibus  
Has nubes igitur (si sapis) excute,  
Quae recti atque boni lucem adimunt tibi,  
Et grates adole Dis meritas bonis:  
Subducunt tibi qui triste iugum Maro:  
Nam quantum a domino quis procul abstinit:  
Hoc duro premitur servitio minus.

DE ANNULO EXPOLIENDO.

TORNABIS annulum mihi  
Et fabre, et apte, et commode.  
Exporrigesque bracteas,  
Quin cunciales aureas:  
Et sole multo torridos  
Folle excitabis fomites,  
Omnemque circuli ambitum  
Decircinabis provide.  
Circumque nec dulce imprimes  
Nomen Melissa: nec faces

Improvidi cupidinis,  
Non Cypridis cestum appeto,  
Non Martis arma, et Cassidem.

{Pigna 174}

Non Pallados scaevam aegida,  
Nihil mihi cum amoribus,  
Nil cum Cithera sit mihi,  
Non bella sanguinem, et neces,  
Non caetera id genus mihi.  
At illud, illud appeto  
Haec summa votorum est mihi.  
Hoc imprimi volo ambitu:  
Spem, quae ex olympto pendeat:  
Spem, quae in vocet magnum Iovem:  
Quaeque huc, et illuc pinnulis  
Me pervagetur aureis.  
In arduum evehens polum,  
Qua freta mens ad sydera  
Ignobile ex erat caput.  
Haec signa, et haec emblemata  
Tornabis annulo mihi:  
Quae impressa voto sunt prius  
Atque intimis praecordiis.

LUCRETIAE BORGIAE DUCIS EXPECTATIO.

NOX ubi pallenti terras obduxit amictu  
Omniaque occuluit.  
Nec dum sacra dies pluvialibus ingruit horis.  
Nec iubar emicuit.  
Sed lasciva viri rapit oscula dulcia coniux  
More hederæ implicita.  
Tunc mortale genus tenebras, noctemque perosum,  
Signitemque poli.

{Pigna 175}

Iam lucere cupit, iam terris alma precatur  
Lumina restitui.  
Nunc ita phoebeas sperat mea patria fundi,

Te ueniente faces.  
Diua potens rerum Lucretia, tu mihi magni  
    Numinis instar habes,  
Iam pater ridanus, phaethontidesque sorores  
    Te dominam accipiunt.  
Succina contexunt Dryades, uiolasque Napeae  
    Conglomerant calathis.  
Adiunguntque rosas et olentia cinnama miscent.  
    Balsamaque adiiciunt,  
Aureolisque iuuat philyris ditare corollas  
    Multo adamante graves.  
Hic se muneribus famulas testantur: et optant,  
    Esse tui arbitrii.  
Quare age felici Romana Lucretia cursu,  
    Accelerare iube.  
Inque tuum imperium properes celeberrima virgo  
    Nobile praesidium.  
Maximus Alphonsus, Dium genus, aurea laxat,  
    Bracchia teque petit.  
Candidulas cupiens manibus tractare papillas.  
    Suaviaque imprimere.  
Hoc decet amplexus, nec blandi vota mariti  
    Discruciare mora.

#### HOROLOGII AENIGMA.

Hoc illud sensu cassum, sine mente, quod omnes

{Pigna 176}

Digerit has vitae partes, mirabile dictu  
    Vitalis expers spiritus.  
Sponte movetur idem pes quamvis, et manus absit:  
    Inclamatque procul, longaeque auditur, et ipse  
    Audire se ipsum non potest.  
Adde quod hoc etiam praescribit rebus agundis  
    Tempora, praescribit nobis quoque tempora somni,  
    Motus quietis inscium.  
Quis referat quanto secum rapit omnia cursu?  
    Quoque magis properat, minus et minus inde abscedit  
    Primum unde cursum coeperat.  
Quid dicam? quod se tam cerebro vulnere semper

Conficit, in toties repetito vulnere vivax  
Suo superstes funeri.

CANTELMAE EPIT.

CANTELMA lac sita Margarita in urna est  
Vere nomine digna Margaritae,  
Si mores pretium, atque pondus addunt:  
Huic blandae charites, lepor, venustas,  
Huic semper gravitas comes pudori  
Sese addixit, et una tam diserta  
Ut dicendo animos ligare posset.  
Quae modestia rebus in secundis?  
Quae constantia mox restante fato?  
At virtus sacit\* illa singularis,  
Ut quam diximus esse Margaritam,  
Multo dicere praestet unionem.

{Pigna 177}

IN DIRAS PONT. MAX.

NE saevi, ne sancte pater tua fulmina torque  
In nullius culpa reos.  
Siquis peccavit certum est peccasse Gigantas,  
Tu templa, tu lucos feris.  
At pete qui meruere: in quos victoria iusta est.  
Noli immerentes persequi.  
Ne dicant, quia non potuit quod iure decebat.  
Hoc ausus est quod dedecet.  
Sic canis, auctorem iactus, si prehendere non est.  
Is saxa dentes exerit.

LUDOVICI CAELII RODIGINI EPIT.

LUDOVICUS ille Caelius domi et foris  
Graece, Latineque omnium doctissimus.  
Vivet perennis, quodque paucis contigit  
Vixit: suaeque aeternitati interfuit.

AD LILIUM GREG. GYRALDUM.

IURAS te studiis renunciasset  
Et musas latias, achaicasque,  
Tota ut dicitur expulisse arena:  
Verum hoc eam bene tam facis diserte  
Ut quanto acrius ampliusque iuras  
Tanto et acrius ampliusque iurent.  
Te Lili tua dicta peierare.

{Pigna 178}

AD IULIANUM NASELLUM.

QUANVIS syllaba contumax recuset  
Brevis syllaba coniugata longis  
Ne te, ne tua facta Iuliane.  
Herois numeris referre possim,  
Et quantum tibi debeam, fateri,  
Quom tot praelia fortiter subisti  
Magna praelia, et acriter peracta:  
Dum me dum mea sic tueris: ut se  
Vel nemo queat acrius tueri.  
At non syllaba contumax vetabit  
Quin te, quin tua facta Iuliane  
Narrent versiculi benigniores  
Undenis numeris inambulantes.

AD AUGUSTINUM MUSTUM.

EFFIGIES hominum cum deformaret Apelles,  
Ita, ut putares vivere.  
Id nullo ingenio potuit pervincere, vocem  
Ut penicillus redderet.  
Quom Muste in tabula nostri decora inclyta seculi  
Suis coloribus sinis,  
Non satis est veros calamo tibi reddere vultus  
Vitamque vocemque exprimis.

DE HYMNIS RHOSSETI POETAE.

HYMNOS ne metuas mei Rhoseti.  
Divina gravitate delibutos,  
Quis poean melior releuit omne

{Pigna 179}

Terrai vitium interire posse.  
Vivent crede m ihi, nec iis nocebunt  
Cana secula: non enim deceret  
Immortalibus esse dedicata  
Quae dispendia temporum subirent.

BONA FORTUNAE PRECARIA ESSE

NOLI divitias tuas putare.  
Noli magnificos tuos honores,  
Illud iure potes tuum aestimare  
Quod non subditur Antiatis orbi,  
Isthaec sunt tibi commodata tantum,  
Non magno sine foenore, ac dolore  
Mox forsitan repetenda creditori

DE ANTEROTA.

Hic unus colitur, sed unus ille  
Implet munia numinum duorum,  
Et potest geminus vocari, et unus,  
Et quod vix licet aestimari, in illo  
Bis unum duo non facit, sed unum,  
Haec vis scilicet Anterotis illa est,  
Haec vis mutua mutui est amoris,  
Haec binas animas coire cogit:  
Atque una geminum calere pectus.

DE SECURITATE URBIS FERRARIAE.

FORMIDANDUM aliis tanto in discrimine rerum,  
Quando Ausonis sub Alea omnis est tellus.  
Nos frustra metus omnis habet, timor irritus omnis

{Pigna 180}

Frustra minatur hostis, et furit frustra.  
Nam gemini fratres magni Herculis aurea proles  
Omnes timores abdicare compellunt.

Virbius [sic] unanimique Alphonsus pectore concors  
Ambo excubantes, ambo providi nobis.  
Hos autem invictos semper tria numina reddunt  
Hunc Pallas, hunc Mavors utrumque Fortuna.

#### PERTURBATIO TEMPORUM GENIALUM.

HAEC olim, fuerant blandis accommoda ludis  
Iocis, choreis, tempora.  
Quom personatis errare impune licebat  
Aedes, theatra, Regiam.  
Fas erat et faciles manibus tractare papillas,  
Mollemque palpum obtrudere.  
Et se simplicibus blande insinuare puellis,  
Sub versi pelli schemate.  
Quas ego, quas toties memini traducere, quom me  
Consuetum amantem crederent.  
Et sine fuce omnes animi secreta moverent,  
Ceu conscius plane forem.  
Et quanvis risus vix dissimulare liceret  
Tamen annuebam callide.  
Atque an furtivas mihi possem adsciscere noctes  
Non desinebam quaerere.  
Omnia quae dulci demum narrare sodali  
Quam dulce, quam laetum fuit?  
Ipsa etiam in summo, quom nos spectare Olympo  
Ridebat argutum Venus.

{Pigna 181}

At nunc arma omnes, omnes infensa paramus  
Tormenta, pila, cassides,  
Tela omnes, vexilla omnes, aciesque loquuntur  
Optantque caedem, et sanguinem.  
Pro superi, quanta est, quanta immutatio rerum,  
Vicissitudoque omnium?  
Qui modo delicias tantum affectabat amicae  
Speculaque adaptabat comas,  
Nunc et blanditias, nunc aspernatur amores  
Sudore litus, et pulvere.

#### DE PISTOPHILO.

ADESTE charites, adeste musae,  
Omnes deliciae explicate frontem,  
Molles undique personent Chachini:  
Larga promite pocula, euhionque  
Rogate, ut pede libero frequentent  
Haec convivium, quae bene auspiciato  
Iocis, laetitiaeque comparamus,  
Festis vocibus obstrepamus omnes,  
Venit Pistophilus meus redivit  
Meus Pistophilus patronus ille  
Musarum decus, atque spes bonorum  
Certe hoc incolumi putabo nunquam  
Casu res hominum regi, vel aurei  
Omnes reliquias perisse seculi.

ARCHIMEDIS EPIT.

SPHAERA, et Cylindrus Archimeden indicant,  
Illum Archimeden Syracusis editum  
Terras iacentes mente, et alta sidera

{Pigna 182}

Lustrasse quondam dum superstes viveret  
Nunc illa late peruari mortuum.

AP\* HER. DUCEM.

NIL princeps tibi Di boni negarunt,  
A quibus bona cuncta consecutus  
Caelum iam prope gloria attigisti.  
Tu princeps quoque nil neges precanti,  
Quando reddere me potes beatum,  
Idd quod nemo facit, nisi beatus:  
Sic te aequare Deis potes, tuamque  
Famam in postera secula promouere,

IN ARROGANTIAM HIPPOCLIDIS.

TANTUM Hippoclidis, quom legit, scribit canit  
Sibi solet placere, tantum plaudere



Ut quae legit, scribit, canit divinitus  
Sibi pudet dictata, quasi furor Antheus  
Insanientis impetus afflauerit.  
Hinc iactat illa, et astra ad usque prouehit.  
Et se beatum prae omnibus longe putat.  
At tu Georgi ne inuide, aut argue  
Ne ue hanc rogo felicitatem ademeris.  
Quom laude vera non queat frui miser,  
Sine ut fruatur hac imaginaria.

#### ANYSII CARMEN.

QUIS non Anysi dulce carmen, et musas  
Ex osculetur? quae adeo dulce dictarunt  
Carmen: cui invidere plurimi possint.  
Quod aemulari aut alter, aut queat nemo,

{Pigna 183}

Cui adsibilat laetum nemus Citheronis,  
Cui blandi amores invicem manu plaudunt.  
Quod ni evehat merita eloquens cohors laude,  
Aut invida, aut rerum sit omnium ignara,  
Certe poema tam uenustum, et exactum  
Vel improbare ipse erubesceret Momus.

#### IN LINUM.

NON est quod doleas amice, non est,  
Quod possis Line postulare mecum,  
Nam laudes cupio tuas ad astra  
Vsque prouehere: inque summo olympto,  
Inque ipsis genibus Iovis locare,  
Sed tu materiam dato, indicaque  
Quo laudes lateant tuae recessiu.  
Nam per me nequeo inuenire, sed tu  
Quod est turpius, arrogantiusque  
Ad misces precibus minas, minisque  
Vim iuras comitem palam additurum:  
Sed frustra Line, quando nemo laudes  
Extorquere potest, potest mereri.

## HOROLOGIUM FULMINITUM.

NUPER Saturni senis horarum ; quadrigas  
Telo igneo excussit Bonus Deispiter.  
Hic ergo stabit. am quo discedere posset?  
Curru absque, laneos pedes trahens, senex.

## PULLICIS NUNCUPATIO.

AERA, marmora, saxa, ebur, tabellae,  
Quom iacent sine mora prostituta

{Pigna 184}

Calcari pedibus solent profanis,  
Quom vero fuerint dicata templis,  
Actutum innumeros merent honores.  
Sic vilis modo sordidusque pullex  
Coepit denique nonnihil videri,  
Quom Rhetor sua vota nuncupavit:  
Et scripsit breve carmen in tabella,  
Donum Antistitis esto Vatiensis.

## AD LILIUM GREG. GIRALDUM.

LILI, qui mihi vel meis ocellis  
Longe charior ex eo fuisti  
Usque tempore, quo sacros recessus  
Mecum una studio pari colebas,  
Mox aetas tua adulta, adulta virtus  
Cumque illis amor est adultus, ille:  
Quem si dixeris Anterota, dices  
Recte per superos, et eleganter.  
Nanque hic glutine mutuo revincit  
Aeternatque reciprococos amores.  
Illi rite litant pii poetae,  
Felici Genio Sati, et Minerva,  
Ingratos procul arcet a sacello,  
Atque eliminat, odit, execratur:  
Quos et tu insequeris stylo exacuto  
Ut prae se tulit aureus libellus  
Foetura genitus recenti apud te,

Doctus Iupiter, atque aculeatus,  
Quem si legerit, atque pensitarit

{Pigna 185}

Infandum genus, et male auspicatum  
Quod est, protinus esse poenitebit.  
Ingratumque animum exuat necesse est.

AD DANIELEM FINUM.

E si me a patria procul  
Et parca (et dominus detineat potens)  
Nunc inter profugos scythas,  
Nunc inter getici murmura classici,  
Pallentem, et licet undique  
Nos circum fremitus barbarus obstrepat.  
Duros incutiens metus,  
Spumantes tamen d mi calices puer  
Inger protinus: et cados  
Actutum relinas, quos modo syrmiu  
Baccho nobile protulit.  
Ut desiderium pectore ab anxio  
OGrata obliuio devocet.  
Et curas abigat concilians mihi  
Pridem incognita gaudia.  
Laetus quippe mihi nuncius attulit  
Formosum raniae genus  
Ad lectum canere, et comere frondibus  
Fini limina myrteis.  
Finus nanque animae pars potior meae  
Natam, quam unicam habet viro  
Iungit, ceu tenerum iungere palmitem

{Pigna 186}

Felix coniuge vir, viro  
Felix uxor, amor quorum animo iniicit  
Cestum, et mutua uincula.  
At vos Pierides si Daniel meus  
Vobis digna adolet sacra,  
Si laura redimit promerita comas,

Et plausum date, et inclytum  
Inuitate eadem ad munia Apollinem,  
Cum plectro, et fide eburno,  
Qualis Delum adit, et pierium nemus

AD NOCTEM.

BEATA caeli sydera, et felix iubar  
Phbes, et olim conscium  
Nostri doloris numen abditum chaus  
Magni parens Cupidinis:  
Tu cuncta uasto complecteris sinu, et refers  
Imaginem mortalibus  
Molis uetustae, cuius horrent ambitum  
Connexa uinclo duplici.  
In sese olympi praepetis primordia,  
O ox quietis prodiga  
Tu das labori iure nostro terminum,  
Haustasque vires suggeris.  
Curas edaces summoues a pectore,  
Sedasque tandem lacrymas.  
Imponis altis terminum suspiriis,  
Meerore corda subleuans  
Exusta longis arua solibus foues  
Madore ruris hiumidi.  
Et tosta

{Pigna 187}

Et tosta feruidis caloribus  
Vernantis aur ae spiritu  
Afflas, colonis pro terendis meffsibus  
Pergrata monstras tempora.

AD HERCULEM STROZZAM.

ALCIDA atriae, atque literarum  
Salus, ac decus omnium leporum,  
Commendat tibi Caelius Colonum  
Egenum, miserumque, squallidumque  
Oui scaeui boreae calumniator  
Infortunia ruris obsoleti

Nunquam desinit imputare caelo,  
Qualem tu poteris prope intueri  
Fortunae effigiem suae offerentem,  
Hunc pressum uoque fraude publicani  
Ni tu suppetias feras precanti  
Hunc quom videris, ipse deierabis

PROTEUS ABDUCENTE HELENAM PARIDE.

IBAT\* optata tumidus rapina  
Pastor idaeus, secat alta puppis  
Et replet blandis Cytherea victrix  
Carbasa ventis.  
Prodeunt\* nymphae virides ab antris,  
Et favet natae Iovis omnis ordo,  
Surgit excitus strepitu profundo  
Gurgite Proteus.

{Pigna 188}

Iamque prospectans mala quanta secum  
Ferret incesta ratis aucta praeda  
Fata sic caepit reserare nixus  
Murice vivo.  
Laetus, ah laetus properas per undas  
Dyspari, nam te Pari non vocabo:  
Quppe mens plerunque hominum futurae  
Nescia sortis.  
Quanta per campos phrygios procella  
Scaevit? ah quanto Simois cruentat  
Vortices? quantis Priami renidet  
Regia flammis?  
Illa quae gentes domuit rebelles,  
Illa tot subnixa caput triumphis,  
Nunc cinis tantum, superestque Troiae.  
Nil nisi nomen.  
Dicta enim cunctis populis dies, et  
Permanet finis, vicibusque certis  
Regna stant, et regna cadunt, movet ceu  
Iuppiter urnam.

DE CALENDIS APRILIBUS.

HEUS puer texas violis corollas,  
Floribus flores glomerans recentes,  
Haec dies nobis Veneris calendas  
Candida profert.  
Cernis ut coelum volucres pererrant  
Mutua inter se vice blandientes?  
Ecce apes vernum repetunt laborem, et  
prata revisunt.

{Pigna 189}

Audin ut garrit peregrina hirundo,  
Et citum nobis reditum ominatur,  
Ipsa consueta reparans cubile  
Sub trabe natis.  
Quod quod obsentum pia vota numen  
Audit: ut primum patrios penates  
Videro: **illius petulans iuvenca**  
**Imbuet aras.**

AD LILIUM.

LILI preparo principi dicare  
Ex nugis aliquid peculiare  
Incultum licet, et minus disertum;  
Sed thure accipimus, molaque salsa  
De magno Iove gratiam parari.  
At quom sint aditus secretiores  
In Nysam tibi pervii frequenter,  
Et patrem clarium, et novem sorores  
Compelles lepido tuo susurro,  
Pro me ne pigeat rogare paucis  
Ne nostra haec scedia imbuant siluri,  
Ne farcimina, ne tegant olivas.  
Quod si carmina forte non merentur  
Meretur pietas tamen poetae  
Qui sacrum dedit, et tulit facultas  
Miti pectora sane, et integello.

AD BENEDICTUM LAMPRIDIUM.

EU dulces elegos tibi camoenae  
Seu dictent tibi syllabas Catulli

{Pigna 190}

Adsurgunt charites, et hinc, et inde  
Cingunt tempora myrtheis corollis,  
Quando nil tibi Phoebus obnegavit,  
Et feliciter omnia experiris,  
Sic et carpathii arbiter profundi,  
Novit, quom lubet, esse Versipellis,  
Omnesque induere undecunque formas:  
Verum hoc es Benedicte praeferendus  
Nam quom saepe feras, et ignem, et undas  
Isque immania monstra moliatur.  
Tu nihil nisi dulce, gratum, amoenum,  
Et doctum, et teres exprimis canendo.  
Nec sat hoc tibi, nam bonus Cupido  
Mox pulchro linit illa pennicillo,  
Ex quo merificos cient amores  
Et flammis animis meras inurunt.

AD LEONEM X.

VIX admittere vota, vix rogari  
Se sinunt alii nec erubescunt,  
Quom rogaveris usque pernegare:  
Aut si dant dare (Di boni) arroganter:  
Ita ut displiceat culisse [tulisse] votum.  
At nos maximo, et optimo Leoni  
Grates dicimus antequam rogemus,  
O incredibilem, atque singularem  
Quam nec secula viderint priora  
Nec ventura dehinc tacere possint  
Longa secula liberalitatem,  
Dignam numine maximi Leonis.

{Pigna 191}

DESCRIPTIO CUNNI.

HIC dentulus ore hiulco, et exos

Tortis crinibus, ante pendulisque  
Sinus maribus, et gravedinosis  
Lippo lumine, giber [gibber], oscitator  
Poppirans, bifidusque, lingulaxque  
Membranis redimitus inuolutis,  
Edax, carniuorus, libidinosus  
Natiuoque madore delibutus,  
Et supercilio eminentiore,  
Et labris **inimatulis** [miniatulis] notatus  
Quem si pingere forte destinare  
Exemplo mihi tetha suggeretur,  
Cultor numinis est tui Priape  
Nostri seminis usque deuorator.

#### DESCRIPTIO CULI.

ISTE crispiculus ore turbinaso  
Rugosa cute, luteo colore,  
Praegravis (mihi crede) buccinator  
Colens Cyaneas profunditates,  
Cui si crebrius imprimas ligonem  
Ficos proferet uberes colono.  
Multis divitias tulit Cinaedis.

#### PRIAPI FORTITUDO.

MEOS labore praefero laboribus  
Magni Herculis, nec vana me putes loqui:  
Nam quom leonem magnus ille vicerit,  
Ipsi leones plurimos devicimus.  
Cunno solentes, horridosque scilicet

{Pigna 192}

Clavam vorantes, quantacunque stat mihi.  
Aprum subegit alterum ille, aut alterum,  
Aprus subegi plurimos, et horridos  
Senes procaces, perditos libidine  
Setis aprugnis asperos uelut sues:  
Ceruam fugacem, et aureo cornu inlytam  
Et aereo pede asecutus Hercules  
Ascripsit inter maxima preconia



Ego diebus pene singulis sequor  
Et assequor citos puellarum greges.  
Eburneo pede, aureisque crinibus  
Pernicitate provocantes africanos.  
Sed nec Caci libidinosus ignibus  
Desunt feroces, qui auferant meos greges  
Et hoc quidem auersos in obscuros specus  
Quos ipse mox allidam, et opprimam, ut merent

#### IN INPUDICUM.

NIL amas nisi foedum, et impudicum,  
Nil placet nisi quicquid incitare  
Pruritus queat, et movere lumbos.  
Demum carmina tu soles probare

#### DE LUSU PUELLARUM.

QUOM scatent natibusque, mentulisque.  
Sic summentia, sic probat suburram,  
Sic teterrima lustra leno cunnus  
Sic suevit bene olere cimilingis.  
Quom Corynthis simul puellae  
Forte dissererent, et incidisset  
Ut fit questio blandul, r iocosa

{Pigna 193}

Quo penis titulo foret notandus,  
Si certo titulo notandus esset,  
Prima ex omnibus Illicena dixit,  
Videri sibi seminale membrum.  
At quanto melius Philenis inquit  
Naturae, et Genii voces Ligonem?  
Tum natu Telesilla maior, atqui  
Ponat quod lubet illa, et illa nome,  
Hic unus mihi clavuus est amoris.

CAELII CALCAGNINI  
CARMINUM.  
LIBER SECUNDUS.

AD HER. II. FERR. DUCEM IIII.

Tempore quae uario scripsit congesta in aceruum  
Dedicat ex toto Coelius asse tuus.  
Multis scripta uni princeps tibi cuncta dicantur  
Unus multorum scilicet instar habes.

AD EUNDEM.

TU licet ignoto procedas schemate, quanuis  
Effigiem quaeras dissimulare tuam.  
Corporis ista tamen maiestas, itti oculi, isti  
Divini nutus Herculem adesse probant.  
Si potes hunc animum generosum, hos exue mores,

{Pigna 194}

Si potes, hoc etiam delituisse potes.

AD EUNDEM.

NOX erat et me ad se miratus nocte profectum  
Dux meus huc Caeli quae te ait, aura tulit?  
Me Zephyrus, dixi, tuus, et tua pertulit aura  
Afflatu cuius terra beata parit.  
Mutus agit reliquum tempus maeandrius ales,  
Quom spirat ephyrus protinus ille canit.  
Sic tuus hic ephyrus tua sic mihi personat aura,  
Cum tacet haec, taceo, cum sonat illa cano

BIBO. P. PRODUCTA IN BACCHANALIE.\*

HANC tibi per luxum fas est absumere noctem  
Et totam quanta est bibere iura sinunt.  
Correptam nec te pigeat producere vocem  
Hac quod nocte licet: non licet usque tibi:  
Nam sic grammaticos pater exorauit Iacchus.  
Hinc illi plus hac nocte furoris habent.  
Quin et Aristarchus plenam inter poculanoctem  
Grammaticique solent bibere, non bibere.

DE OBITU IULII II. PONT. MAX.

DURUS in Alphonsum metuenda exciuerat arma  
Iulius, excussit quom Deus arma manu.  
Illa eadem arma Leo rursus est attingere nixus:  
Sensit, et iratos protinus ipse Deos,  
Quisquis eris sacro in solio considerare iussus  
Esto memor pacem muneris esse tui.  
Quod si te mala mens, regnique insana Cupido

{Pigna 195}

In scelus, et rursus in uetita arma trahet.  
Di scelerum ultores rursus sua tela mouebunt  
Discat ut exemplo postera turba tuo.

PHILOSOPHUS IN MAGISTRATU.

ANTE mihi sophiae studium et cognoscere coelum,  
Quae niteant caelo sydera cura fuit.  
At nunc omuleam demens ascendo curulem,  
Ut sublimis eam, conspicuusque foro.  
Me miserum, quo me mala mens male compulit aegrum  
Euehor ima petens: quom peto summa ruo,  
Quin age scande iterum, mutatoque ordine rerum,  
Ut te descensus subuehat, ima pete,

INSIGNIA HIPPI. CARD. FERR.

NE mirere hospes sacris rostra addita vittis,  
Et mitra toties martia signa tegi.  
Haec sunt Hippolyti monumenta, hinc plurima bello  
Plurima pace uiget gloria, nacta decus,  
Non ne vides quam pulchre inter thoracas ahenos  
Atque inter galeas coccinus ardet apex?  
Nonne etiam ex olea viden ut se laurea promit?  
Et cum gradui foedera Pallas init?  
Quisquis enim bello nouit componere pacem,  
Is notas artes huius, et huius habet.

EIUSDEM TUMULUS.

QUOD nihil inscriptum tumulo, ne sit tibi mirum

Hippolyti titulos non capit hic tumulus.

{Pigna 196}

AD HADRIANUM VI. PONT. MAX.

CONSUEVERE alii solitum sibi vertere nomen  
Ut primum cinxit trina corona caput.  
Hac ratione nouum natalem ostendere sueti:  
Ceu deceat titulos iam noua vita nouos.  
At tu nec mutas nomen: vitaeque tenorem  
Ex aequo seruas, qui fuit ante tibi.  
Scilicet est aliquid primos ita condere mores  
Dignum ut sit sancto principe quicquid agas.  
Tu puer aethereos sensus cum lacte bibisti  
Et iam tunc animus nectare pastus erat.  
Nomen erat, moresque supremo antistite digni  
Nunc mores iidem; nunc sibi nomen idem

CARMINA NON ESSE OBTEGENDA.

AT periisse tibi tacitas si constat Amyclas:  
Cur tibi amycleo more perire placet?  
Barbita s Phoebi taceant: quis barbita laudet  
Aut quis in iis usus quid ue leporis erit?  
Si praedulce melos tacuisset thracius Orpheus  
Nec fera nec caeptum sisteret amnis iter  
O Gemmatas nisi pandat auis iunonia pennas  
In cassum tantas Argus haberet opes.  
Tu quoque Pieridum si munera sacra recondas  
Munera Pieridum deperiisse puta.

POETAE QUARTANA LABORANTI.

TE vexat quartana gravis, tu carmina condis

{Pigna 197}

Hoc est hoc prorsus Pusthume bis furere.

AD HIERONYMUM ALEXANDRUM.

INCERTUM est Aleander utrum te dicere malim:  
Quom graecum atque Italum te tua lingua velit.  
Septem urbes graecas natalem ingentis Homeri  
Immensis studiis asseruisse ferunt.  
De te lis maior, quom iam te vendicet omnis  
Attica terra sibi, Romula terra sibi.

#### LESBIAE AMOR.

Et vidi, et sensi dum furtim Lesbia carpit  
Me mihi, sed carpi, me mihi dulce fuit,  
Haud vidi, haud sensi, dum furtim Lesbia carpit  
Me mihi, quis carpi se sibi dulce putet?  
Ut neutrum factum est vel amor facere audet utrumque  
Qui quod triste mihi est, reddere dulce potest.

#### DE STATUA FABRICII.

HAEC est Fabricii facies bene nota sodalis:  
Dat lysippeae quam mihi cura manus.  
Tam bene, tam fabre, ut liceat tibi dicere, certe  
Vivus uterque viget, vel stat uterque lapis.

#### ENCOMION CULICIS.

AST ego magnanimum culicem quo carmine laudem?  
Certe huius rara est gloria, rarus honor.  
Caetera quaecunque a nobis insecta vocantur  
Furtim ex insidiis figere tela solent.  
Ille, cave, exclamat: metuendaque classica pulsat,  
Desidiaequae nota, qui dolet, ille dolet.

{Pigna 198}

In reliquis fraudem atque astum causabere nemo  
De Culicis poterit vulnere iure queri.

#### PHASIANI CONQUESTIO.

PHASIIACAS rupes, invisaeque littora fugi  
Itala sed tellus, non magis aequa fuit.

Inde canes, hinc me ungue ferox petit astur adunco:  
Nec dat iter caelum, nec bene sylua tegit  
Instat equo, stimulat saevos clamore molossos  
Hostis, ego infando vulnere praeda cado.  
Da misero Daniel tumulum, da rore marino  
Serta mihi, et placidis manibus adde piper.

#### DE HERCULE DUCE.

NOX erat, at nostras magni iubar Herculis aedes  
Quom subiit, nobis protinus orta dies.  
Phoebe tuos radios, iam nil moror, Herculis ora  
En multo radiis sunt potiora suis.  
Pace tua fari liceat, lux maxima mundi  
Hic multo terris purior ignis erit.  
Tu segnes nebulas, tu saevos concipis aestus,  
Omnis ab Herculeo sydere noxa procul.

#### IN STATUAM DISCOBOLI.

Ah quis distorsit tibi tam crudeliter artus?  
Quis fregit miseris fortia membra modis?  
Ille Myron, fuit ille Myron qui mittere discum  
Hunc non posse alia ne ratione putat.  
Ille pedem hunc terrae iubet, hunc incumbere saxo  
Meque omnem in dextrum procubuisse latus:  
Ille manum, retro una cum cervice reclinat,

{Pigna 199}

Et vix monstrum aliud turpius esse putes.  
Sunt quaedam formosa adeo, deformia si sint:  
Et tunc cum multum displicuere, placent.  
Si formosus erit, si membris omnibus aequis  
Nemo omnino ausit dicere Discobolon.

#### DE LAIDE ANU.

DUM tenera, et vernis similis mea floribus aetas  
Ut rosa, quae non dum prompta suo calyce est.  
Forma recens, et blanda charis complexa sorores,  
Et meum ludos nudus agebat amor

Huic nostras pressisse manus suxisse papillas  
Mos erat, et femori complicuisse femur.  
Dum ludit charis ex amarantibus vincula nectis,  
Et nexo pinnas detrahit, arma fugae.  
Forma abiit, furtim successit serior aetas,  
At nondum soluit vincula nexa charis.  
Vinctus adhuc, charitesque inter, et nescius aevi  
Laidos in rugis nunc quoque ludit amor.

#### PERDIX MUNUS JACOBELLI SERAPHINI.

SI me alius quicumque epulis ventrique parasset:  
Ingenuae dicam mors mihi dura foret.  
At quom me dulci Seraphinus mittat amico,  
Ingenuae dicam sic periisse iuvat.

#### APES IN PHARETRA CUPIDINIS.

PALLANTES excepit apes modo Cypride natus  
In pharetram, e pharetra nunc nova mella legit.  
Quam bene ape, et amor se in mutua foedera iungunt?

{Pigna 200}

Quos natura pares moribus esse probat.  
Nam sua spicula apes, et amor sua spicula torquet  
Tortaque in impresso vulnere fixa sinunt.  
Melle gerunt perfusa, gerunt perfusa veneno  
Et sua spicula apes, et sua spicula amor.  
Diversum hoc, sanabile apum, haud sanabile amoris.  
Vulnus, apesque semel, non semel ille suit.

#### DE IISDEM.

PULSUM examen apum pharetra se inclusit amoris  
Et nunc in pharetra dulcia mella liquat.  
At tu hospes, ne tange licet praedulcia mella  
Scilicet haec inter spicula nata putes.  
En sua spicula apes acuunt ad spicula amoris,  
En amor ipse in apum melle venena sinit.

## IN DETRACTOREM.

TU bone vir laceras Areosti nobile carmen?  
Iudicioque tuo Bembo honore caret?  
At solet, et Bembo, atque Areosto assurgere Phoebus,  
Increpuit quoties ille vel ille Chelyn.  
Sed tu plura sapis, tibi spirat tibia maior,  
Tibia, quae Satyri sanguine adhuc madida est.  
Me tamen ipse libens Areosti erroribus adam,  
Meque magis Bembi rustica musa iuvat,

## DE RONNO EPIGRAMMATIS.

MALIM elegos, malim sylvas contexere longo  
Carmine, quam ductu cultum epigramma breu\*  
Quippe illic fas est spatioso excurrere campo:  
Hic agilem angusto limite flectis equum

{Pigna 201}

Illa sat est plane, satis est dixisse latine  
Hic lepor, et breuitas mixta lepore decet.  
Nii lectum legisse iuuet, ni pruriant auris  
Iudice me carmen non epigramma voces.

## AD ANTONIUM CONSTABILEM.

Magna petam, vel parua petam, par exitus instat,  
Vos dare magna piget, vos dare parua pudet.  
At tu magnanime Antoni dabis utraque nobis,  
Faruaque ne pigeat, magnaue ne pudeat.

## AD HER. DUCEM.

INVICTE quoties properant, ad bella Lacones  
Imprimis musis rite litare solent.  
Atque parant anims fidibusque, et pectine eburno,  
Nec praeceps, verum estntheus ille uigor.  
Sic decet hos qui se profitentur ab Hercule natos  
Herculeumque siua numen in urbe colunt.  
Herculis, et merito musarum templa cohaerent  
Nanque suas laudes fortiter acta merent,



Concinnant numeros musae, sed maximus heros  
Materiam numeris suppeditare solet.

#### NAEVUS IN PECTORE AMICAE.

IN puero Alceus naeuum laudare solebat,  
Ceum foret ingenitus flosculus ille genis.  
Miror ego dominae medio sub pectore naevum.  
Nec flos ille quidem, sed mihi stella magis.  
Quid praeter stellas caelestia pectora promant?

{Pigna 202}

Has certe innumeras lacteus orbis habet.

#### DE OBITU EURYNOMEAE EX GRAECO.

ILLA ego sum Eurynomea, viro, natisque, opibusque  
Laeta meis, laeti secula si quid habent.  
Ilithya mihi crinem abscidit, at mihi triste est.  
Non periisse mihi, sed periisse meis.

#### DE HARMONIA DORICA.

QUID vobis stulti Symphonia Lydia prodeste  
Quid prodest phrygiis Lydia mixta modis?  
Sive hypaten, seu tango messen, seu concito neten  
Vnum hoc mi suaue est dgoh ous i Loiiu

#### DE INSULA PRINCIPIS.

HAEC quae sydereis festum caput exerit undis  
Insula, et aetherias hic quoque iactat opes.  
Non est Mulciberis iussu, non arte Cyclopum  
Condita, apollinea non nitet illa manu.  
Verum opera aligerum raptim succreuit amorum,  
Dum certat matri quisque placere suae.  
Ipsa charis resoluta comas, succincta papillas  
Aggessit lapides diues erythra duos.  
Cinnameos viden, ut flores fert daedala tellus,  
Et viden ut frondes blandius aura mouet.  
Hic enus et Mauors, quantum lubet oscula miscent,

Nec metuunt laqueos inuide claude suos.  
Quinetiam Alphonsus magni Herculis inclyta proles  
Se comitem ludis saepe utriusque facti.

{Pigna 203}

Dum ludunt Veneri cestos, Marti excidit umbo  
Protinus illa heros induit apta sibi.  
Nunc cesto pectus, nunc laeva umbone coruscat,  
Civibus inde amor est hostibus inde metus.

AD MARCUM ANTONIUM ANTIMACHUM.

SUNT tibi vina quibus nec iugera massica certent.  
Nec methymneo palmite diues ager.  
Sunt tibi plectra, quibus deducas montibus ornos:  
Et rapide possis sistere flumen aquae.  
Vina tibi liber, tibi promit carmina Phoebus:  
Suppeditatque suas alter, et alter opes.  
Felicem Antimachum, cui dulcia carmina viris  
Dulcia carminibus iungere vina licet.

ECHO.

RESPONSANT ualles, clamatibus assonat Echo,  
E quo miramur uox sonet illa loco.  
Muta Dea est, tua uox vocalem reddere pofssit  
Experiare, silet: dum tua verba silent.  
Quom vero loqueris: semper legit ultima verba,  
Atque ubi desieris occipit illa loqui.

IN TITI STROZZAE OBITU.

AONIDES oestae lauros, et barbita Phoebus,  
Moesta enus myrtos tristis Amor pharetram.  
Mercurius virgam, Pallas contexit oliuam,  
Atque Tito ex illis composuere rogam.  
Tum charites strauere rosas quas suada, leporque  
Molliri fletu non sinit irriguo.

{Pigna 204}

QUOMODO QUIS SE AD MORTEM INSTRUAT.

UT tibi mors felix contingat vivere disce,  
Ut felix possis vivere, disce mori.

BACCHUS EX IGNE RAPTUS.

ARDENTIS Semeles audens puer excidit aluo,  
Ardebatque uno mater, et ille rogo.  
Et spes nulla super miserae succurrere matri,  
At puer in fiammis non tamen ustus erat,  
Ogygis occurrit, sed non prius attigit illum,  
Succubuit multae quam Iovis ignis aquae.  
Ignis abit, sed non abiit vis ignea prorsus  
Quique cuti summae parcit in ima furit.  
Nympha igitur procul o puerum ne tangito clamat  
Quis quis es: ignis enim est ni prius imbre laves.

AD HER. DUCEM.

TU mihi tu fateor tam magna et rara dedisti  
Quanta potest animus vix cupere, aut capere  
Nam me tot cumulis tua gratia largiter auxit  
Herculis ut facile noscere dona queas  
Nam quae magnanimus dat princeps munera tantum  
Excellunt, quanto grandior ipse aliis.  
Quod si non ausim meritas tibi dicere grates  
Agnoscas molem muneris inde tui.

{Pigna 205}

AD IO. BAPTISTAM GIRALDUM.

QUOD cultum carmen, quod, doctas impleat aures,  
Et secum multum numinis esse probet.  
Herculei auspicia imperii quod flumine largo  
Explicit, et plebis mixtaque uota patrum.  
Laus Gyralde tua est, tibi enim fas prodere quantum  
Laetitiae populis attulit una dies.  
At mihi adhuc dubium est haec an tibi debita laus sit  
An potius rarae debita materiae.

RAPHAELIS URBINATIS INDUSTRIAE.

TOT proceres Romam, tam longa extruxerat aetas,  
Totque hostes, et tot secula diruerant.  
Nunc Romam in Roma quaerit reperitque Raphael,  
Quaerere magni hominis sed reperire Dei est.

LUDOVICI AREOSTI EPIT.

TU repetis coelum, et terras Areoste relinquis,  
Et loca iam meritis inferiora tuis.  
Nos miseri et curis longe mortalibus acti,  
Non tibi, sed nobis fundimus has lacrymas.  
Gloria te niveis subducit in aethera bigis,  
Nos sine te luctu perpetuo opprimimur.

AD LILIUM GREG. GYR.

AVERSUM a musis te iuras optime Lili  
Et me pene tibi cogis habere fidem.  
Verum hoc tam docte ac scite contendis, ut istu  
Quod cupis usque adeo dissimulare probes.

{Pigna 206}

AMOR VICTO HERCULE CONQUIESCENS.

HIC amor herculea sopitus pelle quiescit,  
Pulvinum capiti subdita clava facit.  
Has nunc exuvias praefert magno Hercule victo,  
Proclava gestat, sed Deus ille colum.  
At puerum Veneris somno, et sudore madentem  
Praxiteles parium transtulit in lapidem.  
Tu vero hospes abi, aut leni fac verba susurro  
Ne somnum excussum forte quaeratur Amor.  
Ille quidem abiecitque facem, abiecitque pharetram  
Pro face pro pharetra claua timenda tibi est.

AD SERAPHINUM IACOBELLUM.

QUEM tibi praeberit prolem Lucina recentem,  
Et generi addiderit nunc nova pensa tuo.

Me sacrum ad fontem iusti producere natum,  
Crimina qua pura prima luuntur aqua.  
Me tibi fons notum fecit Parmessus olim,  
Unde tibi suave est ebibere, unde mihi.  
Hic vero sacer aeternis fons praeditus undis  
Aeterni nobis foedus amoris erit.

#### DE CALAMO EX GRAECO.

AGRESTIS fueram calamus, non utile germen,  
Nec steterant ficus poma vel uva mihi.  
At postquam dictus musis, tornataque labra  
Sunt mihi pertenuis effluat unde liquor,  
Exhausique nigros potus, uelut entheus afflet  
Me furor, elingui quaelibet ore loquor.

{Pigna 207}

#### DE VIOLANTHIDE.

NON ipsa a uiolis nomen Violanthis habebas  
Verum abs te uiolae nunc quoque nomen habent.  
Figebas quocunque pedem, quaecunque locuta es.  
Hinc molles uiolas sparsit, et inde lepor.  
Has legit probitas, charites legere pudorque,  
Atque ex his tumulo grata corona datur.  
Balthasar et gemitu et miseris singultibus afflat,  
Et cogit lacrymis usque virere suis.

#### CONIURATI IN ALEX. VI PONT. MAX.

CUM fortuna bovi fulvam sparsisset harenam  
Contra, ursum vitulus concitat, et leporem.  
Bos vitulum morsu, leporem pede, cornibus ursum  
Contudit omnique ex agmine victor abit.  
Tunc Dea, mox simili pereat fera vulnere siqua.  
Ausa meo fuerit bella movere boui.

#### NATURAE ACCUSATIO.

CRURA Lycus scopulo properans impegit acuto.  
Quom mandata sui iussus obiret heri.

Inde dolens clamat vere natura noverca es.  
Atque homini semper, qua potes arte noces.  
Par scopulo, par plaga mihi, par vulnus utrique.  
Verum ego quem doleam, nil lapis ipse dolet.

#### DE PUERO AHENEO.

SI puerum miserare hospes spinam exime quando.  
Hac puer evulsa desinet ingemere.

#### AD PHLEGIAM.

SI Phlegia est: nequit esse bonus quod si bonus idem est  
Illum tu Phlegiam naviter esse nega

{Pigna 208}

#### DE NIOBE.

HAEC Niobe non iam Niobe sed flebile saxum  
Sic Nemesis iussit sic gravis ira Deum\*.  
Te lapis hortatur, fletus ut fletibus addas,  
Ni facias hospes durior es lapide.

#### CUBITI NILI.

ILLE go sum Nilus, nostris aegyptia tellus  
Vel sexageno foenore dives aquis,  
Sedenos alimus natos, unum insuper adde  
Tarda seges, unum deme timenda fames.

#### CASUS ICARI.

DAEDALUS insuetis scindat licet acra pennis:  
Non cessat natum voce monere tamen.  
Icare per medium, medio tutissimus ibis,  
Icarus exclamat mi pater affer opem.  
Ne frustra repetas miseri praecepta volatus:  
Iam rogo, iam dicta qua ratione natem.

#### AD NEMESIN.

SUM Nemesis, hominum cubito res metior omne,  
Neve quis abscedat limite, frena gero.

ICONICA HER. D. IMAGO.

EXPRIMIT in tabula Phaethontem cōus Apelles,  
Sed lucem, et radios non potis exprimere.  
Sic tua mi princeps Dossus forte exprimit ora,  
Virtutem, et mores non potis exprimere.

NERONIS IMPIETAS IN AGRIPPINAM MATREM.

QUOM Nero in exitium properaret matris apertum  
Dicitur hac natum voce rogasse parens.

{Pigna 209}

Non oculos, non ora petas, pete viscera ferro  
Viscera, tam magnum quae peperere nefas.

IOANNIS MANARDI EPIT.

QUA patet Oceanus, qua terras plurimus ambit,  
Cognitum erat nomen docte Manarde tuum.  
Inque animis hominum monumenta aeterna locaras  
Qualia non poterit longa abolere dies.  
Nunc demum posito terrai pondere, virtus,  
Gloriaque in meritam te reuehit patriam.

AD HER. DUCEM.

QUID mirum patriam si nox obducit opaca,  
Et densae nubes occuluere polum?  
Solis abest solitus splendor, lux illa sub umbra est.  
Qui solet illustres reddere nocte dies.  
Noster abit princeps, patriae pater ille recessit,  
Nititur in quo uno publica nostra salus.  
Di faxint, ut mox rebus feliciter actis,  
Et laetus populos, et sua regna petat.  
Sic sol quom faciem discussa nube retexit:  
Purior, et solito laetior ire solet.  
Sed nec longa potest caligo extinguere solem.

Quippe tegunt radios nubila non adimunt.

AD NEMESIN.

FRENA manu normamque geris rhamnusia virgo  
Ut tarde properes, ut tueare modum.

DE IUGI AMORE PHILLIDIS, ET DAPHNIDIS.

TEMPUS abit sed non abierunt Cypridos ignes  
Phyllis amat Daphnin, Phyllida Daphnis amat.

{Pigna 210}

Delicias faciunt, et mutua suauias miscent.  
Ille anni puer est, illa puella seni.

DE LAPIDE SIPYLEIO.

EST lapis, et tamen aeternos dant lumina fletus,  
Ut fontem possis credere non lapidem.  
Non lapis est, Niobe est Niobe lapis obtegit: et nunc  
Aeterni lacrymas signa doloris habet.  
Omnia quom Niobe raperet Diana reliquit  
Hoc unum, ut semper, et fleat, et doleat.

LN SENEM FERULA UTENTEM.

UT ferula moliris iter, quid te magis urges?  
Ad mortem gemino non satis ire pede?

CAECUS, ET CLAUDUS IUNCTI.

NON potis est caecus certo procedere gressu,  
Nec mirum est oculos non habet ille duces.  
Non potis est claudus recto procedere cursu,  
Nec mirum est, firmos non habet ille pedes.  
At caecus claudusque ineunt comertia, et aegre  
Unius possunt munus obire duo.  
Claudum humeris caecus, claudusque per deuia caecum  
Dirigit, hic oculos, comodati ille pedes.



AMOR IN FONTE.

HUIC amor insedit fonti. quis credere posset  
Quod media tantus pascitur ignis aqua?

ITEM.

UT puerum statuit muscoso in margine, tolli  
Magnum ignem tenui posse putavit aqua

BUCULA MYRONIS.

PLUMBEA vincla Myron iniecit, quid mihi frustra

{Pigna 211}

Impingis stimulos? vincula solve, sequar.

ITEM.

VENTRE boues pariunt foetus, ego credo Myronis  
Me quoque non factam, sed genitam esse manu.

ITEM.

EN vitulus frustra trahit ubera, dextra Myronis  
Quom dederit vitam, lac dare non potuit.

ITEM.

VACCA Myronis agros adiens decerperet herbas,  
Si non vinxissent plumbea vincla pedes.

ITEM.

QUOD non sit vivae similis, sed bucula vivat,  
Multa, et aperta hospes dat tibi signa Myron.  
Admugit vitulus, bos adsilit, arcet ab uvis  
Vinitor, in mandram cum grege pastor agit.

ITEM.

MUGIO fed quod non ueniat mugitus ad aures,  
Causa morae lapis est non manus artificis.

ITEM.

QUOD fieri arte potest, hoc factum est arte Myronis  
Nanque is naturam provocat arte sua.  
Artem oculi naturae audent praeponere verum  
Naturam vinci tactus ab arte negat.

ITEM.

SI e quaerentem pastorem videris hospes,  
Dic precor iniecit, quod mihi vincla Myron.

ITEM.

ECCE homines perdit conversa Gorgone Perseus  
Ecce facit caelo vivere saxa Myron.

{Pigna 212}

ITEM.

STULTE quid exuggis sicca ubera, et aera fatigas?  
Quae tibi nun senis nulla alimenta ferunt.  
En macies durumque premit cutis horrida corpu,  
Et ni abeas praecox te manet interitus.

EQUUS LYSIPPI AENEUS.

LYSIPPI sonipes longos porrectus in artus  
Se parat, ut cursu conficiat stadium.  
Atque tuos tantum nutus, qui frena ministras,  
Expectat, calcar subde uorabit iter.

AMOR LOQUITUR.

PERFRINGit, penetrat crematomnia fulmen adactum  
Iupiter, hinc nomen [terpsekeraunos] habet.  
Perstringunt, penetrant, urunt mea spicula fulmen,  
Scilicet hinc nomen est mihi [\*andromator].

IMAGO ALCIBIADIS IN AURO.

CAUSA malique bonique aurum, dux graecus in auro  
Aeque virtutes, aequae habet, et vitia.

CALAMUS ADSCRIBENDUM CONCINNATUS.

CANDIDA succis qui nunc secat aequora pennis  
Rheni olim ausonii vilis arundo fuit.  
Ore caret, sed quom laticem potaverit atrum,  
Cuncta potest, quae tu iusseris, ore loqui.

DE FILIIS HERC. DUCIS.

NON opus est speculo, natum dum spectat utrunque  
Alcides, vivo se videt in speculo.

AD IMAGINEM HERC. DUCIS.

PARRASII arte potest pingi Phaethontius ardor,

{Pigna 213}

Non facile radii vel nitor ille potest.  
Sic facile exculpi possunt ora Herculis auro.  
Non facile virtus ingeniumque potest.

AD EANDEM.

EXPRIMERE arte potes sacros Hyperionis ignes,  
Splendorem, et radios non potes exprimere.  
Exprimere Alcidem potes, et procudere in auro,  
Virtutem, ac mores non potes exprimere.

CALENDIS IAN. NIVOSIS.

OPTABAM Ianum ut niveum produceret annum:  
Albantesque mihi promeret usque dies  
Ecce cadit toto nobis nix plurima caelo,  
Sic vere niveos dicimus esse dies.  
Quod si qua auspiciis vis est, si credimus illis,

Totus ab auspicio candidus annus erit.

ECHO.

INCOLA rupis ego, vocis meta, aemula linguae,  
Qua primum incipies parte tacere loquor.

DE RUSTICIS TRITURANTIBUS.

ECCE dies medius quanto succenditur aestu,  
Quam rapidis flammis Sirius arua domat?  
At nos dum fruges paleis secernimus, et dum  
Excutitur cribro puluere mixta ceres.  
Et mirum dictu totis fluit artubus unda,  
Quaeque sitim sedat nunc alit unda sitim.  
Huc aurae properate rogo ephyritides aurae  
Atque aestum nobis, atque leuate sitim.

AD HELIODORAM.

TEXTA corona rosa cingit caput Heliodorae,

{Pigna 214}

Et dubium est maius det capiduae decus.  
Iam certe rutilat magis, et nunc suavius halat  
Et rosa per caryites Heliodora rosae est.

VICTORIAE ALAE DECUSSAE FULMINE.

NESCIA perpetuas victoria sistere pennas,  
Quom meditaretur Martis ab urbe fugam.  
Fulmine decussit fugitivas Iupiter alas,  
Figat ut aeterna semper in urbe pedem.

ITEM.

AMISIT volucres praepes victoria pennas:  
Magna ex urbe Remi ne queat effugere.

GLYCERES PULCHRITUDO.

AETHERIUS decor, et pulchri coelestis imag

Ut se mortales promeret ante oculos.  
Ut sacrae Veneris nos inflammaret amore,  
Add caelumque animos igne suo raperet.  
Ora subit, Glyceres pulchrosque accomodat artus,  
Imposuitque oculis, et uelut arce locum.  
Emicat hinc fulgor divinus, et entheus ardor,  
Cui sit fas animos surripere ex animis.  
Ergo hanc miramur, solem ut miramur, et astra,  
O tulti Glycerem creditis esse Dea est.

QUANTA VIS IN ANT. LEVA.

HEXAPHORO Leuas vehitur, contractus in artus,  
Nec fecit officium pesue mansue suum.  
Spargit lingua minas: oculi multo igne coruscant,  
Praecedit terror, subsequiturque timor.  
Rem miram, Di magni animus sine corpore pugnat,

{Pigna 215}

Atque tot armatos unus inermis agit.

AD HER. DUCEM.

HAEC duo res hominum tractant monosyllaba, Vis, Ius,  
Vis Marci comes est, pax tibi ius comes est.  
Sub Phalari vis, ius vero sub principe pollet.  
Tu verus princeps ius cole, vim prohibe.

NIOBE.

QUALIS eram, me talem opifex effinxit et olim  
Me lapidem factam, nunc lapidem esse vides.

ITEM.

VIVAM lim in lapidem verterunt numina sed me  
Praxiteles vivam reddidit ex lapide.

IN CENOTAPHIUM ASTYDAMANTIS.

MEPeloponnesus, me perdidit auia Crete,

Et caeci anfractus nauifragae Maleae.  
Astydamanta Lici cretensis, at ille infeliu  
Neptuni rabidis nunc natat esca feris.  
Sed uacuum posuit, nec tu mirere sepulchrum,  
Mentita est tumulum sic quoque Creta Iovis.

#### DE AQUILA UXORE LOXANI.

IMPERIUM postquam diuisit cum Iove Caesar,  
Caesaris haec auis est quae Iovis ante fuit.  
Unguibus arma tenet consueta biuertice rostro,  
Prospicit eoas, occiduasque plagas.  
Huic pia sacra facit plena Loxanus acerra,  
At Loxanum armis protegit illa siuis.

{Pigna 216}

Hanc Charites, hanc aligeri comitantur amores,  
Praeedit furtim, subsequiturque decor.  
Haec quoque Loxani praecinxit pectora caesto,  
Caesto in quo Veneres, deliciae que latent,  
Hoc distant niuea haec, at fulua est Caesaris ales.  
Ille color Marti, conuenit hic Veneri.

#### ITEM.

OLIM aquila e terris Ganymedem invexit olympto,  
Hinc ales magni dicitur esse Iovis.  
At nunc Loxano quae praemia digna dabuntur  
Qui de caelo Aquilam transtulit in thalamum.

#### AD LEONEM X PONT. MAX.

VICERAT infensum iuuenis Calydonius aprum,  
Mox statuit celsa, celsa trophaea manu.  
Dextra Cleonaei domitrix Tirynthia monstri,  
Insertas solita est pectore ferre iubas.  
Cynthiadas arcu capreas prostrarat Apollo,  
Hinc erecta Deo est cornibus ara frequens.  
Tot capreas, tot apros, tot aperto in marmore cervos,  
Atterit ille aevi gloria summa Leo.  
Sed nullas post tot conflictus excitat aras,

Tot raptis spoliis nulla trophaea probat.  
Nanque aeterna alii monumenta hostilia condunt,  
Atque hostis quanuis concidat, ira viget.  
Atqui magnanimo satis est vicisse Leoni.  
Atque hostis vitus quom cadit, ira cadit.

#### AD CAMILLUM CAPILUPUM.

QUOD potes indicium maius mihi reddere amoris.  
Quodue animi pignus docte Camille tui?

{Pigna 217}

Tu me offerre iubes natum lustralibus undis,  
Et tecum ex aequo me facis esse patrem,  
Nec satis hoc, ab ste nequando Caelius absit,  
Iussisti natum nomen habere meum,  
Ergo is pro meritis vivat tibi Caelius opto.  
Atque diu nostrum noscat utrunque patrem.

#### HOROLOGIUM FULMINITUM.

QUOM soleant horae rapido trahere esseda cursu,  
Temporis et celerem praecipitare rotam.  
Res bene habet pater omnipotens rapida esseda fregit,  
Fulmine currentem deuoluit; rotam.  
Hinc regnum Alcidae, Alcidaeque nepotibus olim.  
Stabit, et aeterno gloria fixa pede.  
His ego nec metas rerum, nec tempora pono,  
Praedixit magnus Iupiter igne suo.  
Ergo suas fortuna uices, et tem pora vertet  
    Hic modo, quam vertat, non habet illa rotam.

#### IN ORGANUM MUSICUM EX ALABASTRO.

MIRATI ueteres resonas in Memnone chordas  
Promere divinum sole oriente sonum.  
Quo primum in saxo caesi chelysrpheos haesit,  
Edocuit saxum reddere dulce melos.  
Non haec uana putes, testis mihi Mantua testis  
Princeps palladii magna sabella chori.  
Audimus candentem alabastrum, audimus ophitem

Dulces concentus edere sponte sua.  
Credibile est illis citharam appendisse Maronem,  
Atque hins tam miros saxa bibisse modos.

{Pigna 218}

AD GRALLATOREM.

CUM tibi Myrmicinus Grallator [iota] vocetur,  
Te, qui magnus homo es, nun bene [lambda] vocem?

ALPHENO FOENERATORI.

A te foenus alit, quom sic Alphene voceris,  
An ne senex adeo diceris [Alpha neon].  
Elige utrum mavis, atymon quadrabis utrunque,  
Et tibi conveniens illud, et illud erit.

DE BARBABI NOMINE.

BARBARIES si nomen habet de nomine barbae,  
Non Pannon, sed nos barbara turba sumus.

DE RHODIGIO.

RHODIGIUM modo nescio quis producere primam  
Dixerat, at contra dixerat Hermogents,  
Scilicet huic rosa fit primaevae vocis orige.  
Illi athesis subita littora rodit aqua.  
Rumonem et serr hinc Tyberim uetus accola dixit,  
Quod late ripas flexilis unda secet.  
Neutrum ego crediderim product ab origine nomen,  
Ut pote qui uicus regius ante fuit.  
Hoc monumenta probant, et ni monumenta probant  
Ipsa loci facies regia iure probet.

VINUM EX SANGUINE GIGANTUM.

TERIGENAE icti, victor saturnius actis  
Undique phlegreis mollibus horror erat,  
Ipsa parens, tellus in vites ossa redegit  
Caesorum, et vinum est qui modo sanguis erat.



Ah ne quis mala vina bibat de sanguine nata,

{Pigna 219}

Qui biberit, caedes exitiumque bibet.

DE ROMA, ET BONONIA.

QUO Romae dispar sit docta Bononia dicam,  
Haec facienda legit, illa legenda facit.

LUD. PANN. REGIS EPIT.

REX go Pannoniae Ludouicus fortiter urgent  
Turcarum regem fortiter occubui.  
Nec grave pro regno fateor cecidisse putau,  
Sed grave cum regno me cecidisse meo.

ALIUD.

HEI mihi Pannoniae rex hac feliciter urna  
Pro regno, et sancta religione iacet.  
Turca ferox quicquid supra ster, et alluit infra  
Uno eodem cursu protinus omne rapit.  
Collectae vires unum uenere sub ictum  
Rex uno, et regnum desiit esse die.

IULII STATUA IN TORMENTUM.  
CONFLATA.

IULUS ram, subiit rigor ille in viscera notus,  
Esseque tormentum me mea fata iubent.  
Et natura prior manet, et furor insitus olim.  
Unum dissimile est mollior antefui.

DE VENETIIS.

ROMA olim, Carthago olim, et quaecunque Deorum  
Vi genita est, genita est, et dare iura mari.  
Tandem eptunus eneta sese ultus in urbe est.  
Atque ait, en terris iam mare iura dabit.  
Ambigo, nun terrae vocer an magis incola ponti

Euganeae quoties me tenet urbis amor.

{Pigna 220}

Interea dum se ratio depromit utrinq,  
Dicere iure meo me potes [amphibion].

DE ANTONIO CONSTABILI.

AD tumulum stat fama, tubaque hinc personat, atque  
Antoni in laudes innumera ora mouet.  
Constabile inde genus l virtutem hic audit eous  
Hinc large impensas heperus audit opes.  
Hinc sancti benefacta animi procul excipit auster,  
Hinc longe boreas fortiter acta notat.  
Antoni late reboant praeconia, at ipse,  
Ipse ingens orbis non tamen illa capit.  
Fama tubam in laudes, in laudes ora fatigat,  
Tot tamen in laudes se negat esse parem.

EPIT. DELPHINI GALLIAE REGYS FILII.

ERGO minas cum tot iactaret, et arma moueret  
Caesar, et ad Ahodani progredere tur aquas.  
Quom sibi victrices aquilas promitteretaudax,  
Praesagus fati coeperat esse mei.  
Ille ego Franciscus Francisci regia proles,  
Ille patris magni gloria, nunc lacrymae.  
Absumptus morbo medio in discrimine belli,  
Nec saltem licuit fortiter oppetere.  
Siccine me rapuit mors tanto in cardine rerum,  
Exoptanda meis quom mea vita foret  
Hosti etiam voluit Fortuna hac parte fauere,  
Et uoti facile sic aperire uias.

{Pigna 221}

DE PRIAPO.

Quom vidisset Hylam teneros avellere bulbos  
Sic contra ex orta voce Priapus ait.  
Parce meos, fur parce meos attingere bulbos,

Germinet in media ne nate cepa tibi.

#### PRIAPI ADMONITIO IN HORTO BEMBI.

TU quicumque meum supplex venerare sacellum,  
Disce prius liceat qua sibi voce loqui.  
Nanque ea quae crebro nobis versantur in usu  
Digna priapea duximus esse nota.  
Esto pepon culus, mihi sit colocyntha cinedus,  
Cunnus erit malacae, mentula crinos erit.  
Haec sint assuetis signata vocabula rebus  
Sed tum hortensi non minus apta Deo

#### IDEM RUSTICO.

RUSTICE quid rides indicta vocabula rebus?  
Quid ve putas frustra me posuisse notas?  
Nonne pepon quid sit segmenta impressa fatentur,  
Dulceque quod medio nectar ab orbe liquat.  
Dic ubi flos, oro, colocynthae innascitur aureus?  
Dic rogo quid malace mollius esse putas?  
Haec si percipies nosces tu caetera per te,  
Si non percipies rustice culpa tua est.  
Me vero proceres naturae numine censent,  
Me quoque naturae par puto more loqui.

{Pigna 222}

#### DE HYELLA.

IMPUNE ut futui possit bacchatur Hyella,  
O stulti non est desipere hoc, sapere est.

#### IN OLLUM.

POSTICAM Venerem, mediamque intercipis olle  
Hoc [leixde,] illud quid nisi [skatophandus]

#### IN NAEVOLUM.

VIDISTI ne unquam piscem, cui versile nomen  
Est trachus, ut solo nomine notus eat.

Hunc Veneris quum tangit amor sibi pellicis uno,  
Atque subactoris tempore munus obit.  
Sic tibi tam longus penis, tam dira libido  
Ut te paedices Naevole pene tuo.

{Pigna 223}

CAELII CALCAGNINI  
CARMINUM.  
LIBER TERTIUS.

AD HER. II. FERR. DUCEM IIII.

SURGE age redde diem, surge ò mitisissima mater  
Memnonis ut roseis lux revehatur equis.  
Alcides, meus Alcides dux optimis ille,  
Ille salus patriae, delici aequae suae.  
Ille redit, matres, pueri innuptaeque puellae  
Occurrunt laetis obuia turba choris.  
Incincti sertis festum poeana canentes  
Omnibus in celsa laurus honora manu.  
Acclamant omnes, feliciaque omnia dicunt,  
Cernereque ad properant principis ora sui.  
Hiberius large stipatur floribus ac,  
Multus odoratae defluit imber aquae.  
Laetus ades, felixque, tib Di uota secudent  
Tu quoque des populis ut sua uota luis.  
Haec repetunt, resonat plausu, et clangoribus aethe,  
Succinit et laetis plausibus ridanus.  
At tu iam croceo surgas aurora cubili,  
Hercule uicino, siurge age, redde diem.  
Tot iuvenes iuvenum complexibus, atque beato  
Hercule prosiliunt adueniente sinu.

{Pigna 224}

Tu Dea, tu Phoebi consors, tu praeuia luci  
Turpe puta in gremio delituisse senis.

DONA PRECATIO IRENEAE FERENTI UTERUM.

REGIA virgo uterum iam ter gerit Irene,

Soluereque Alcidae tertia pensa parat.  
Iuno potens sacrum caelo demitte monile  
Dum peragat cursus Delia laeta suos.  
Atque superueniant maturi tempora partus,  
In lucem quando sponte patebit iter.  
At vos o nymphae quaecunque liquentibus antris  
Fertilis allvitis florea rura padi.  
Sex urnas aferte pares: mox lampadas urnis,  
Nec calor unquam absit, vel sacer humor aqu,  
Foeda mihi ex uoto bos laetas condeat herbas,  
Olim foecundae victima grata Deae.  
At ducis inuict Di magni uota secudent,  
Vivat Atestinum tempus in omne decus.  
Vix alii reges praesentia tempora curant:  
Hic curam longae posteritatis habet.  
Ne patria is fuerit quom serus in astra receptus,  
Pareat imperio deterioris heri.  
Quem pater Alcides genuit, quem regia mater:  
Patrem animo, matrem fronte oculisque ferat.

#### AD VENEREM E MARI EMERGENTEM.

QUI se emergentem primus de gurgite vidit,  
Unde tibi nomen factum *anadyomene*.  
Credibile est illi primum ludosque, iocosque,

{Pigna 225}

Gaudiaque in tacito subsiluisse sinu.  
Illi terra rosas, et cinnama protulit, illi  
Corycio crines immaduere croco.  
Tu Dea, tu caelum radiis melioribus afflas,  
Largius, et vegetas nutu elementa tuo.  
Tu primos volucres initus per frondea Tempe,  
Deliciasque suas bucera secla dabant.  
Te circum Triton, te circum immania Cete  
Scilicet impulsu numinis acta tui.  
Te sine foecundi torperet machina mundi,  
Nec posset solitas continuare uices.  
Tu Dea materiam rebus, tu semina large  
Divitiasque tuas suppeditare soles.  
Tu Dea prolificos incendis in ossibus ignes,

Et stimulas blanda pectora nostra face.  
Nec mirum est tu nata mari, tibi fertilis humor  
    Quippe suas profert officiosus opes.  
Hoc mirum quae causa in aquis tot suscitet ignes  
    Atque tot unde tibi suggerat unda faces.

#### ROMA DIREPTA.

QUOM flammis aeternae Urbi modo Bethycus hostis  
    Subderet, et multa caede maderet humus.  
Parte alia delubra Deum germana iuventus  
    Diripit, et sanctas depopulatur opes.  
Cuncta fremunt, matrona suum complexa maritum  
    Ingemit infelix fertilitate sua.  
Et dulces natos ulnis premit, ultima iusta  
    Dum facit illa suis, dum facit illa sibi.  
At magis interea metus increbrescit, et omnes

{Pigna 226}

Non mors, sed vitae turpis imago movet.  
Tum pater Olybrius gemina modo prole beatus  
    Adventasse hostem senserat ante fores.  
Nec sibi, sed natis metuens putat esse audendum,  
    Dignum aliquod facinus nobilitate Remi.  
Di patriae ultores, et libertatis adeste,  
    Et tu quae vindex virginitatis ades.  
Dixit, et insurgens alte mucrone corusco  
    Perfodit tenerum natae utriusque latus.  
Addit, et uxorem praebentem pectus apertum,  
    Mox in se vertens fortiter arma manu.  
Ite ait, generosae animae, quas nostra decebat  
    Fata sequi, at patriae fata praeire iubent  
Sane alii tantum natas ad busta sequentur,  
    Nos etiam mediam per styga vos sequimur.

#### FICUUM MUNUS.

SUNT qui Mandroboli navem, veteremque Ityphallum,  
Obiiciant donis docte Iacobe tuis.  
Ast ego magna puto, et praeclara ingentibus ausis  
Ut non vera minus quam speciosa loquar.

Evertet magnos ficus Carthagini arces,  
Vicinosque hostes hoc Cato teste probat,  
Defendit primos arbor ficulnea soles,  
Quom lupa sola sibi Romule mater erat.  
Quom nimis Eufратem cupide Romanus adiret  
Haec Crassum admonuit triste caveret iter.  
Haec arrecta fuit strati praesaga pudoris,  
Hinc etiam nobis omen habere solet.  
Quid quod in hanc nostrae latitant arcana salutis.

{Pigna 227}

[*Syke gar phyllon to sklowoddesex\**]  
Scit praestare suos, nec scit promittere census,  
Atque ferax adeo floris honore caret.  
Phytalus hospitio Cererem suscepit et inde  
Cecropiam ficum nomen habere putant.  
Sunt et qui ficum flammis Titana Coruscis  
Dum movet in superos obriguisse ferant,  
Illa pecus Neptune tuum commendat: et illud  
Quom venit in mensas gratius esa facit.  
Sed non urbanae tantum stat gratia, verum  
Ipsa suas laudes ficus agrestis habet.  
Scilicet indomitos cogit iuga ferre iuencos,  
Ingentesque iras dedidicisse iubet.  
Naufragus, atque diu ventis agitatus Ulysses  
Auxilium vitae non aliunde petit.  
Hinc repunt volucres, hinc praecoqua proxima ficus  
Venditor hinc clamat [*tout ephenason eti*].  
Se quantum inter nos distat? tu munere certas  
A grato satis est, scilicet esse mihi.  
Dulce tuum duro commuto munere, muntis,  
Hoc quoque si poscis, quid sibi [*syka thele\**].

QUOD SIT AMICAE MANCIPATUS.

QUID mihi vobiscum o socii? mea pectora frustra  
Poscitis Euphrosyne vendicat illa sibi,  
Euphrosyne sibi habet: sibi possidet, omnia secum  
Abstulit, atque suo condidit una sinu.

{Pigna 228}

Illa mihi incauto rapuit cor, et intima prorsus  
Pectora lacteola est depopulata manu.  
Me miserum, qui nunc sine corde, et pectore vivo  
Si non est potius haec mihi vita mori.  
Sed mihi mors melior foret, atque optatior, at nunc  
Vivere nec fas est, nec bene posse mori.  
O superi si non aliter fas tollere flammis,  
Una sit et flammis, et mihi summa dies.  
Illa dies felix, et fausta vocabitur a me,  
Excutiam a saeuo qua mea colla iugo.  
Libera inlysiis nostra umbra uagabitur aruis,  
Ni modo inE lysiiis ius quoque habebit amor.  
Me miserum frustra queror, et magis ingruit ardor,  
Saeuit, et in misero pectore flamma magis.  
Ah crudelis, et ad nostras tam surda querelas  
Te nihil iste dolor moestaque verba mouent.  
Quoque magis frustra lamentor, acerbius uris,  
Atque in me tanto saeuus ignis agit.  
Denique quid faciam ignoro, tu sola salutis  
Spes mihi, tu vitae maxima causa meae.  
Nanque ego ne duros properarem abrumpere nodos,  
Obstitit illa mihi grati, suada, lepos.  
Ille decor vultus, quo me per saepe cadentem  
Faucibus ex orci restituisset potes.  
Tene ego desererem, te chara relinquere possem?  
Ah mihi acerba dies, ah mihi dura dies.  
Possem ego, purpureis ergo caruisse labellis,  
Possem ego tam pulchras destituisse comas?  
Possem ego ledeis certantia lumina flammis,

{Pigna 229}

Et tam mellito linquere verba sono?  
An te cupidineos penitus consumar in ignes  
In cineres potius delicuisse uelim.  
Nu tamen, o si te semper uehementer amaui  
Et uehementer amo mitior esse uelis.  
Quandoquidem tua sunt, quae tam crudeliter uris  
Pectora, et haec tua sunt quae male corda domas  
um tuus, et tenues si fors dissoluar in auras,  
Quicquid erit damni crede erit omne tuum.



## CANTUS IN BACCHI NATALI.

TERGEMENAE interea ducentes pensa sorores,  
Pectora fatidicis excruere modis.  
ascere magne puer scoeti Iovis ignea proles,  
Bis genita, et stygias bis subitura domos.  
Nu paries coelo risus, tu gaudia terris.  
Dicerisque hominum laetitia, atque deum.  
e praesente suos ponet Ahamnusia fastus:  
Nec mala paupertas noxia tela premet.  
e concentorem toto colet amne itheron,  
Accedentque tuis mollia sarta comis.  
u poteris duris Martem vincere catenis:  
Tu poteris facili suggerere arma manu.  
e formi dabit primum phlegrea iuventus,  
Nec caeli vindex promptior alter cit.  
t tua membra licet fuerint discerpta per agros  
Tunc te plus metuent, quom rediuius eris.  
pe cleonaeos iryntius addet amictus,  
Atque tui socius saepe laboris erit.  
lethia comes, comes et segura voluptas,

{Pigna 230}

Te circum et charites, et lepor omnis erit.  
Tu matrem eripies mediis de faucibus orci:  
Grataque erit pietas empta pudore tibi.  
Seque amor ipse tuo debere fatebitur igni,  
Et natura parens et pelago orta Cenus  
Ante suos currus victus procumbet Hydaspes:  
Teque corymbifero lynces in axe ferent.  
Euoe Silenis clamantibus antra sonabunt  
Succinet, et multo concita turba mero.  
Tyrsgeri Fauni, et nartheocophori Lebedae  
Turba procax largo psymmithio ora linet.  
Tu Dionysus eris, tu Lysius, cuius, euan.  
Et multum in multo numine nomen erit  
Mox tibi fdifagi salient delphynes in undas,  
Contemptorque tui nullus inultus erit.  
Quin etiam lauros hederis, et plectra choreis  
Miscebunt uates dum tua sacra colent.

Et flavi crines tibi erunt, et honora iuventus:  
Et semper radiis texta corona nouis.  
Hoc tibi purpureo sub tegmine ducimus aurum,  
Haec vitae series tota futura tuae.

#### LUDUS NYMPHARUM NIVIS TEMPORE.

NUPER hyperboreis aquilo de cautibus haustas  
Irriguo late sparserat ore nives.  
Horrida nocturnis canebat terra pruinis,  
Fulmen concretis omne rigebat aquis  
Atque astricta gelu labentia vellera coelo  
Sublustris circum causa nitoris erant.

{Pigna 231}

Hoc igitur blande candore allecta Melaenis,  
Huc inquit comites, huc Galatea voca.  
Huc agite nympphae seu stagna liquentia curae,  
Seu mage furtiuis culta fouetis aquis.  
Huc nympphae Aonides, quaeque inter lustra ferarum  
Montiuagae colitis innuba signa Deae.  
In numerum hybernas iuvat exercere palaestras,  
Et niue suffartas conseruisse manus  
Haec vix fata, et iam linquunt spelaea apeae  
Decurrunt Dryades, aiadesque iugis.  
Liquentesque globos volucrum meditantur in orbem:  
Et compacta gelu protinus arma parant.  
Inque uicem ymphae gelidos luctantur in ictus,  
Perque sinus fluidos lubrica sela cadunt.  
Tespia florentes suras evincta coturno  
Concreto Aegeriae perculit imbre genas.  
Percussaeque genae dulcem traxere ruborem,  
Scilicet in niveo plus decet ore rubor.  
Tum vero Aegeria non hoc impune feremus  
Dixit, et ultrices tendit in ora manus.  
Tespia sed fugiens sibi quo noua tela pararet  
Labitur et reteggit nobile lapsa femur.  
Riserunt nympphae risit nemus omne propinquum,  
Assurgit celeri protinus illa pede.  
Tum festinantem moles glomerare niuosas,  
Aegeriam rapida cyrrha morata manu est,

Illa autem in Cyrrham totum iacit agmen aquarum.  
Et munus dixit hoc pietatis habe.  
Tum docta urymene certamen triste diremit:

{Pigna 232}

Dum dirimit: pressit fluxa ruina comas,  
Disiecitque omnes Sublimia vertice crines.  
Disiectis Aquilo suauiam mille dedit.  
Concitataque urymene nunc hanc nunc provocat illam,  
Atque hostem quoniam nescit, ubique putat.  
Nec minus Aedone proles generosa Calypeus,  
Deturbat Clio clam pede adorta pedem.  
Nysa inter Corylos, inter myrteta Lycoris,  
Se Nemesis Lauro, se salice Hyla tegit.  
Atque locum nactae modo in hanc iaculantur, et illam,  
Et iaciunt furtim, seque deinde tegunt.  
Dum socia Dryades arbusta indagine cingunt  
Atque illas latebris deuoluere suis.  
At tunc praecipiti prorumpunt agmine nymphae:  
Atque omnes propere mutuus ardor habet  
Hybla hon Charitessa edain Lyd G appetit Aegle  
Et post se longum quaelibet agmen git.  
Certatim fugiunt, certatim deinde sequuntur,  
Alternoque errat Laurea utrinque gradu,  
Ecce vides victas, modo quas uicisse putaras  
Nec sors una manet, nec manet unus honor,  
Dumque ita decertant, dum ludicra praelia miscent  
Misceri audierunt omne fragore nemus.  
Protinus arrexere aures, atque omnia lustrant,  
Congestaeque manu procubuere niues.  
Ecce adsultantes satyros de vertice montis,  
Atque hilares Panas prosiluisse vident.  
Nec mora fistino complerunt omnia cursiu:  
Et raptim instructos deseruere choros.

{Pigna 233}

Tum rupes propere, et solitos petiere recessus:  
Et trepidae latebris delituere suis

MASINISSA SOPHONISBAE.

QUOD\* ullam prima scripsi tibi fonte salutem  
Hoc primum duri carminis omen habes.  
Ipse quidem solitum morem seruare volebam,  
Sed mihi scribenti non erat ulla salus.  
Quod licet o coniux, utinam mihi plura licerent,  
Do tibi ne longum sit cupienda salus.  
Et cum felicem nequeam te reddere certe,  
Vindice me infelix non potes esse diu.  
Hac seruare fidem tantum mihi parte relictum est,  
Caetera quom nobis inuida fata negent.  
Nec cecidisse mihi genialia pacta putato,  
Neue datam credas me uiolare fidem.  
O sicut memori manet, et mihi mente manebit,  
Posset ita ex animo tuta manere fides.  
Si mihi pro voto fortunam fingere detur,  
Consiliumque mihi non aliunde petam.  
Pars quota curarum iubeattibi cura salutis,  
Scilicet haec miseros sollicitare solet.  
Sublimis longeque viri felicior ausis  
Inter getulas conspicienda nurus.  
Ires participem mecum ductura triumphum,  
Nuper ab incauto praeda relictia viro.  
Captiumque un scires hac parte Syphacem,  
Quod solita maior conditione fores.

{Pigna 234}

Denique quicquid amas iuravi victor amanti  
Ex nulla nesses parte carere fide.  
Stat mihi adhuc animo praesens tua flentis imago,  
Obuia quom primo limine facta mihi es.  
Addebant lacrymae decus, et uox aegra mouebat,  
Et scissae uestes, et sine honore comae.  
Quid dicam? quom tu praebens mihi pectus apertum,  
En iugulum dixti quem petis, ense feri.  
Illum ego ne iugulum, mea lux, mea vita ferirem?  
Quippe tuus sanguis non meus inde fluat.  
Quid fles, quid miseros dixi corrumpis oellos?  
Nullus ab hoc prorsus imminet ense metus.  
Nostra eris, et fidei tibi sit mea dextera pignus,  
Tu modo sollicitos pectore pone metus.

Non tu vincta manus capitolia celsa videbis,  
Nec tibi seruili pensa trahenda manu.  
Et modo quae mansit, posthac fortuna manebit,  
Et quod vir fuerat hoc tibi semper ero.  
Neue aliquod possit promissa resolvere fatum,  
Iuncta meo vives et moriere toro.  
Annuat his partim enus, et partim irrita fecit  
Non vives nostro sed mouere toro.  
Cumque tuae nequeam vitae seruator haberi  
Nec reus in visae preditionis agar.  
Non equidem sceptro mecum potiere recepto,  
Sed nec victrices experiere manus.  
En propinabit tristem cratera minister,  
Atque assertori pocula sacra Iovi.  
Haec tibi connubii certissima munera sunt,

{Pigna 235}

Hac dotis numeros accumulamus ope.  
Ebibe, et auspiciis calicem felicibus hauri,  
Degeneres animos non timor ullus agat.  
Sic docet Hasdrubalis sobolem, sic patria victrix,  
Sic magni Hannibalis fortia facta monent,  
Hoc Gisgonis aui uotum est hoc suadet Hamilcar,  
Hoc tibi barchinae gloria gentis opus.  
Factio quid cupiat diuersa, quid appetat Hannon  
Coniectare etiam me reticente potes.  
Sume age, nec quicquam generosos terreat ausus,  
Neue reformides nomen inane necis.  
Mors etenim est homini communis meta laborum,  
Et mala quom soluat nil habet ipsa mali.  
Res una est, quae te vel sola offendere possit  
Si suerit laeti forma pudenda tui.  
Si timida, et stygias inuisas degener umbras  
Et famam, et vitam tempore mensa pari.  
Ah quanto satius fragilem contemnere vitam,  
Ut te post cineres fama loquatur anus.  
Res brevis, et facilis mortem constanter adire  
Sed brevis haec longi causa decoris erit.  
Non poterunt hostes ipsi non facta probare,  
In sexuque animos deteriore mares.  
Quales deinde viros, quantosque in bella putabunt?

Audeat haec quando fortia molle genus.  
Romam etiam fama haec celebris penetrabit, eritque  
Matribus ausoniis nomen in ore tuum.  
Nescio quas multum celebrant heroidas illae,  
His reor accedet mox Sophonisba comes.

{Pigna 236}

Canaque cum Cyrtham post secula venerit hospes,  
Hic olim, dicet quanta puella fuit,  
Quod si sera aetas tam claros nesciat actus,  
Nec tibi contingat posteritatis honor.  
Attamen est melius inuisam obrumpere vitam,  
Et longe praestat deperiisse semel.  
Quum perferre diu Romani opprobria fastus,  
Arbitrioque hostis sanda nefanda pati.  
Nec tamen intactum quicquam immotumue reliqui,  
Ut te perfruerer sospite sospes ego.  
Sed deus invidit nostro minus aequus amori,  
Et qui post superos regna latinus habet.  
Scipio factum odit, me Lelius increpat ultro,  
Et non temnendas addit uterque minas.  
Et iam nulla potest damnis medicina parari,  
Mors sola aerumnas absoluisse potest.  
Saepe mihi fateor fuit impetus ire per ensem  
Et vix se a iugulo continuere manus.  
Continuere tamen, quod nec peperisse salutem,  
Nec mea mors poterat cosuluisse tibi.  
Et discrimen erat si me mea fata tulissent  
Ne tua res staret deteriore loco.  
Nec vivam quod sit post te mihi vivere dulce,  
Omnia quom tecum gaudia nostra cadant.  
Sed mihi in invidiam fortunae vivere certum est,  
Ne prorsus nostris gaudeat illa malis.  
Multaque quom videat, non funera bina videbit,  
Nec gemina tinget caede superba rotam,  
Adde quod ex aliqua fuero dum parte superstes,

{Pigna 237}

Tu quoque vel magna parte superstes eris.  
Ipseque dum vivam medio mihi pectore vives,

Et neutrum, aut idem finis utrunque trahet.  
Multa tuos etiam tangent hinc commoda mane,  
Nam ueniet cineri debita cura tuo.  
Et vernos flores uiolis pallentibus addam,  
Nec patiar lacrymis illa carere meis.  
Inscribam tumulo carmen miserabile luctus  
Quod nostri, et nostri testis amoris erit,  
Vir Masinissa, uxor Sophonisba, periuit uterque,  
Vivus hic, haec fato fortiter usa suo.

#### PENELOPES NOX PRIMA.

ITE agite ò radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Nec vos insolitus labor, et nocturna fatigent  
Tempora, et ad noctem continuata dies.  
Cernitis ut tacito labantur sydera caelo,  
Et semper notum luna recurrat iter.  
Et polus assidua sese vertigine flectit,  
Cunctaque pernici concitus axe rotat.  
Ipse pater, qui audit, qui conspicit omnia Phoebus,  
Impulit audaces qua prius urget equos.  
At nunquam repetunt veterem mea gaudia cursum,  
quae mihi plus nimio deperiere semel.  
Ite agite o radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Nec pigeat dextrae, nec vos parere sinistrae,  
In defessa suis utraque facta malis.  
Annus agit rapidi sinuosa volumina cursus,

{Pigna 238}

Aeternasque suo conficit orbe vices,  
Tristis hyems late gelidis tegit arva pruinis,  
Tempore quae verno mox subeunte liquent.  
Ver ditat violis campos, et floribus aureis,  
Qui victi aestivo deinde vapore cadunt.  
At mihi semper hyems madidis super incubat alis,  
Semper et ingelido pectore bruma riget.  
Ite agite ò radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Notum iter hoc distat quod quae modo trita secund\*

Orbita, nunc vobis prima terenda datur.  
Cincta caput radiis ardentibus excoquit aestas  
Poma sub autumnii tempore digna legi.  
Nec minus autumnus tot gratis foetibus auctus  
Protinus hyberno frigore perdit opes.  
Atque ita per numeros, hyemi ver, torrida Veri  
Aestas . autumnii mox subit acris hyems.  
At me urit semper curis ardentibus aestas  
Veris et autumnii tempora nulla mihi.  
Ite agite o radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
At tibi ne grave sit rursus mea tela retexi,  
Quod tibi mox adimit reddet amica dies.  
Sic modo lascivi tondebant gramina tauri,  
Gramina quae virides deposuere comas.  
Sed quoniam terrae vivis radicibus haerent,  
Terra potest primum restituere decus.  
Perdit et amissum solita est reparare colorem,  
Deliciis felix daedala terra suis.

{Pigna 239}

Me miseram postquam primus mihi deperiit flos,  
Omnino spes est floris adempta novi.  
Ite agite o radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Vos quoque non adeo felici ex arbore caesi,  
Arborea nostis conditione frui.  
Et frondes motare novas crispantibus euris,  
Et languere iterum succutiente noto.  
Nostis uti pinus cybeleia poma remittant,  
Nostis uti rursus saepe remissa parent.  
Vidistis quoties cyparissos vertice conos  
Gestantes? quoties et sine honore suo?  
At postquam boreas nostrum decussit honorem.  
Mi ephyrus nullam ferre valebit opem.  
Ite agite o radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Quo magis attrivit labor insuperabile lignum,  
Assuevit, vobis hoc minus esse gravis  
Quo magis exposita est saevis aquilonibus arbor,  
Hoc multo reliquis durior esse solet.



Indurat quoniam venias penetrabile frigus,  
Materiemque gravem, perpetuamque facit.  
Si qua autem fracto tepidos tergo excipit austros,  
Illa vetustate mollis, inersque cadit.  
Hac pressum ratione diu superesse dolori,  
Quom me perpetuo sollicitudo premat.  
Ite agite radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Nos decet assuetos pro tempore vertere mores,

{Pigna 240}

Porrigere et victas utilitate manus.  
Donec enim nostris obsisteret Ilion armis.  
Ilion argolici fama dolorque soli.  
Per saepe accepi, ut voto fortuna faveret  
Argivos proceres assimulasse fugam.  
Saepe etiam nostros peteret cum navita portus,  
Adversis vidi vela dedisse notis.  
Sed mea per scopulos vexata, allissaque puppis,  
Quid fugiat novit, non ubi sistat habet.  
Ite agite o radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Saxa etiam saxa acteo quae in littorae cernis,  
Et quae noritio vertice caesa cadunt.  
Viva prius fibris terram, et radice tenebant,  
Nunc nudum ventis excruere latus.  
Quin et in adversas se obfirmat populus undas,  
Quom sudum, egeritur tota saburra sinu.  
Et sacri pisces tranquilla per aequora ludunt,  
Fluctibus immineat si qua procella, latent.  
Nostra caret vicibus fortuna, sed in mea semper  
Damna tenax, tantum hic mobilitate vacat.  
Ite agite o radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Neve adeo pigeat vos per subtegmina nota,  
Pernici toties ire, redire gradu.  
Hanc operam praebete mihi . iuga dura iuventi  
Quom bene protulerint, mox quoque ferre solent.  
Et quanquam iniustum cervicem attrivit aratrum,  
Attamen attrita grandia plaustra trahunt.

{Pigna 241}

Hauserit et posquam cupidus plena ubera pastor,  
Improba lanitii damna subibit ovis.  
Sic caret induciis noster dolor, atque vicissim  
Una est perpetui meta, gradusque mali.  
Ite agite o radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Annua mortales celebrant solennia divis,  
Atque aras festa cingere fronde solent.  
Ipsa suum quaerit moerens Aegyptus Ostrim.  
Et mox inuento numine laeta redit.  
Publica laetitiae lux est sacrata quotannis,  
Publica maestitiae stat quoque dicta dies.  
Summa suos seruant cursius, atque inde recursus  
Ambages seruant non minus ima suas.  
Omnia cum redeant, nunquam redit unus Ulysses,  
Cumque meo nunquam dulcis Ullysse salus.  
Ite agite o radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.

PENELOPES NOX SECUNDA.

ITE agite ò radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Arduus umbrosa consurgit in aethera fronte  
Mulifido fundens ore citerus aquas.  
A dextra magnum cingit latus ardua lotos,  
Ceruleisque abies conspicienda Deis.  
At laevam quaeras, et plurima pinus inumbrat,  
Atque acer, atque bono phagus amata Iovi.  
Caetera pars longe tumidum prospectat in aequor.  
    Obiicit, et querulis fluctibus omne latus.

{Pigna 242}

Hac curi, ephyrique solent confligere parte,  
Cumque ima annosas uellere caute trabes.  
Ite agite radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Hac puto qua uenti, qua certant murmura ponti,  
Et leuis allisa rupe remugit aqua.

Innum era buxus componit imagine frondes,  
Ude suae Triton Doridiserta legit.  
Hinc etiam vobis uestra est nisi fallor origo,  
Indicium macies et color iste facit.  
Perpetuus quoniam qui vos circunstrepat horror,  
Pallida plus uimio reddere membra solet.  
Exemplo esse potest coniux tua fortis Ulysse,  
Non coniux verum, coniugi umbra tuae.  
Ite agite o radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Quod si vera canunt uates, si credere dignum est,  
Quae loquor haud frustra nunc mea verba cadunt.  
Nanque animam, et sensum vobis testantur inesse  
Quo presagiri saepe futura solent.  
Quod si forte aliquis vos sacris ignibus infert,  
Contractae frondes signa doloris habent.  
Et si aures votis faciles bona numina praebent,  
Hoc vestro crepitu testificante probant.  
Heu heu venturo quoties crepuistis Ulysse.  
Lusaque sum demens credulitate mea.  
Ite agite o radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Quin et tenarias vulgata est fama per urbes,

{Pigna 243}

Fama ingens cui non demo nec addo fidem.  
Hanc sane rumor multo assertore tuetur,  
Buxum olim puerum Persiphonea tuum.  
Iussum abs te, ynthae ceu ditis munera fertet,  
Munus ferre sub hoc pallor, et horror erat.  
Ut simul ac esset persusa hoc munere nymphea  
Decolor, atque oculis iam minus apta foret.  
Me miseram, nunquam petii connubia Ditis.  
Hei quasi sim pellex par mihi poena data est.  
Ite agite o radii, textumque retexite pensum.  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
At puer imperium dominae studiosus obibat,  
Sollicita gestans munera saeua manu.  
Heu puer infelix, heu mens ignara futuri  
Nescis haec, nescis quid sibi dona parent?  
Nanque ferunt illum passu dum concitus iret,

Add silicem laeso procubuisse pede.  
Procubuit, lapsu disfracta est lignea pyxis  
Quae nunc de pueri nomine nomen habet,  
Scilicet hic etiam miseros fortuna fatigat,  
Quod nequeant summis delituisse malis.  
Ite agite o radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Ille autem iacet attonitus, nec surgere curat,  
Nescius an redeat vel breue pergat iter.  
Hinc metuit dominam, hinc frustra se pergere sentit,  
Ergo Dem auxilium segnis inersque vocat.

{Pigna 244}

Nam pater ipse herebi gemitus miseratus inanes  
Frondebis, et viridi cortice membra tegit:  
Dure iaces, penitusque tuis stupor ossibus haesit:  
Nec multo melior sors tua sorte mea est.  
Ite agite o radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Atqui debuerant aboleri morte dolores,  
Et tua iam tandem fata carere malis.  
Ecce etiam tua post obitum praecisa bipenni  
Membra gemunt miseris mox quoque aducta modis.  
Nanque breuem in modulum te saeuus utrinque redegit  
Daedalus, in medio caetera lintre cauat.  
Spondae extrema tegunt, rhodius ceu nauita fluctus  
Arcet et e gemino margine vela regit.  
Nec mirum quod uestra adeo mihi constet imago  
Illa voluptatis portio summa meae.  
Ite agite o radii textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Addimus huc longum qua sese porrigit axem.  
Quem circa tereti vertitur orbe rota.  
Haec vomit assiduo latentia fila rotatu,  
Quasque hausit refluo turbine reddit opes.  
Scilicet hinc facili currunt sub tegmina lapsu  
Qua nixu alterno lubrica trama rapit.  
Non aliter tenues emittit aranea telas  
Ipsa suo pariter pondere et usa manu.  
Quis putet hic nostrae versatur summa salutis,  
Haec dabit aut adimet gaudia longa mihi.

Ite agite o radii, textumque retexite pensum

{Pigna 245}

Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
Tandem nequa mali facies incognita vobis,  
Denique pars aeui ne qua dolore uacet.  
Vos mihi mancipio crudelia fata dedere,  
Et gemitus testes vos statuere mei.  
Nanque decent nostras ligna infelicia curas,  
Et miseros miseris Di sociare solent.  
Alternis igitur solari fata querelis,  
Et licet alternasque indoluisse uices.  
O summis sors plena malis, lenire dolorem  
Hunc nihil excepto quippe dolore potest.  
Ite agite o radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.  
At ne vos pigeat tantum perferre laboris,  
Neve mihi hanc operam sit meruisse grave,  
Nam si quando Ithacam voster remeavit Ulysses  
Attigeritque bono patria regna pede.  
O Grata ego vos reduci demum sacrabo Minervae.  
Ut vestros titulos postera secla legant.  
Dicet et adveniens externis hospes ab oris,  
Hi dominae illaesam sustinuere fidem.  
Dicet, at in longum vestri ibit gloria tempus  
Nec partus vobis emorietur honos.  
Ite agite o radii, textumque retexite pensum,  
Ut fiant nostrae tempora longa morae.

DE MORIBUS SCYTHARUM AD DANIELEM FINUM.

QUAE loca nunc teneam Daniel si forte requiris.  
Flebile Peligni perlege vatis opus.

{Pigna 246}

Hic ubi describit Pontum, et loca proxima Ponto:  
Exilii que gemit tristia fata sui.  
Nec mala quae scribit: credas scripsisse poctam,  
Sed crede clario cuncta relata Deo.  
Testis ego, atque utinam testis ne nota loquatur

Omniaque a vera sint aliena fide.  
Naso Tomos coluit quod nunc dixere Tomisuar,  
Dis sex hinc decies millibus illud abest.  
Quanquam alii sese illustres tanto exule iactant  
Qui prope parrhasiae Doridos arva colunt.  
Ostentant alii nitido perfecta argento  
Arma quibus Naso triste notauit opus,  
Haec quoque nunc (si vera ferunt) in margine seruant,  
Hoc calamo curas Naso levare solet.  
Atque ita quae fuerant misero ludibria vati  
Nunc sunt barbarico nomen, honosque solo.  
Sic quoque nostra legens fors olim Barbarus hospes.  
In nostras lacrymas ambitiosus erit.  
Iospitium misero vati dedit axena tellus,  
Hospitiumque nobis agria terra dedit.  
Axena nomen habet, quoniam sit in hospita, verum  
Daec nomen nacta est feritate loci.  
Nec tu Panonnia credas me vivere terra,  
Pannoniae fines concitus Ister habet.  
Atque datum est postquam profugos transire Sicambros,  
Qua nunc barbarico est nomine Buda vetus.  
Et qua paruus gon m agno committitur stro,  
Unde Istrigonium nomen habere putant,  
Iam Scythiae late arua patent Bessaeque, Getaeque.

{Pigna 247}

Et qui de secto Sarmata potat equo.  
Iam sinuant rapidi lunatos Iayges arcus,  
Hei mihi pene i llas hostis ademit opes.  
Nam modo praesidium revocabat Iayge terra  
Barbara segnities, et male suada fames.  
Sed pater omnipotens tanto in discrimine regni  
Rebus opem lapsis, auxiliumque tulit.  
Ipsa manu pedites salebrosa per auia duxit,  
Et tempestiuas obsidionis opes.  
Hunc vero natura locum deuouit, et illa  
Abstulit unde homines vivere dona solent.  
Non hic palladiae ramum spectabis oliuae,  
Nec quid protendat pacis amator habet.  
Non hic arboreos foetus gravis educat annus  
Phyculus unde sibi nunc quoque nomen habet.

Non glandes formosa suos Amaryllis amabit,  
Non hic Hesperidum carpat avarus opes.  
Morus abest, quod abest sapientis nomine digna,  
Et phyllis gemitus non habet unde probet.  
Nec potis est Phoebus circundare tempora lauro.  
Nec cingunt Ceneri myrteaserta comas.  
Non Ceres hic segetes profert, nisi victa labore,  
Quasque parit fruges terra coacta parit.  
Ipse pater Bromius, qualis Titanas agebat:  
Qualis materno protulit igne caput.  
Talis adest, tales dat toto pectore flammam  
Ah quanto melius prorsus abesse fuit?  
Tetra tegunt passim steriles absynthia campos  
Delicias, et opes testificata soli.

{Pigna 248}

Adde quod aeterna torpet caligine caelum,  
Et dirae nubes occuluerunt diem.  
Magnarumque inter rerum miraculacensent  
Sol quoties puro protulit ore iubar.  
Tristis hyems madida verrit uestigia palla,  
Hirta comas, duro pectus operta gelu.  
At boreas pulchrae nunc immemor Drithyiae  
Irato gelidas conspuat ore niues.  
Tum durae matres excludunt pignora tectis,  
Ut se musta igni corpora duret hyems.  
At nudi infantes perfusi membra rubore,  
Excursant campos et iuga operta gelu.  
Dum sua defessi repetentes lustra labore  
Appositas pulvis emeruisse probant.  
Mox canere, et large strati fuligine somnos,  
Concipiunt furnis qua niger igne calet,  
Implexos videas, caput urget cruribus, ille  
Hic femur, hic turpes occupet ore nates,  
Polluit infames undas, et sulphure tellus  
Nec faeile occurrit uena salubris aquae.  
Sulphurei sane corrumpunt flumina cursus,  
Sed nil quod morbis auxilietur habent.  
Sic habet ingenium Daniel, caeliq, soli.  
Insita quae genti ne meliora putes.

Segne hominum genus est, et turpia in oia natum,  
Et cui tennpus iners per scelus omne perit.  
Ncn hoc ing enuas certas exercet, abestque  
Qui tabulas urat, qui rate marmor aret,  
Rarus et hic culto male grato incumbit aratro,

{Pigna 249}

Hirsutique trahunt vix iuga dura boues.  
Nemo in quincunces novit disponere ramos,  
De clivo nullus ducere novit aquas.  
Quicquid habent quicquid tractant fortuna ministrat,  
Nec ratio, nec habet docta Minerva locum.  
An pietasan forte fides fera pectora tangant  
Moribus a gentis hoc quoque scire potes.  
Illa quidem credit facinus ieiunia rumpi,  
Occidiss hominem sed scelus esse negat.  
Quisquis erit fuluo cui C ona exturgeat auro,  
Hospes sit quanvis, hospes, et hostis erit.  
Et plerique solent densa sese abdere sylva,  
Hoc quaestum facere, hoc aera merere putant.  
Si quis enim infelix occurrat forte uiator,  
Protinus infandum sica facessit opus.  
Nec vitam exuuiis redimit, sed cuncta sub ictu  
Depereunt, animos tanta libido premit.  
At quam dulce manus Italo si sanguine tingant  
Nam palma haec pondus maius honoris habet.  
Quom peterem cur sint Italos sine fine perosi  
Responsum, ut victor caetera victus eat.  
Nec tantum de plebe homines hoc fortiter audent.  
Verum est praecipuum nobilitatis opus.  
Scilicet hos inter comites mihi vivere dulce?  
Scilicet his demens moribus utar ego ?  
Quaeritur his nomen per pocula plena, putant;  
Corpore in humano perdere vina decus.  
O quoties videas distentos viscera Baccho  
Turpiter in media prccubuisse uia.

{Pigna 250}

Atque alios circum madidis saltare choreis.  
Dum saltant trepidum praecipitasse caput.



Dant plausum socii, dat raucum tiubia cantum.  
Inguine perspicuum succutiente femur.  
Nam femur haec regio nullis campestribus abdit,  
Fibulaque exturgens quae liget inguen abest.  
At quom cyaneas late nox explicat alas,  
Mortalesque ad se quom vocat alma quies.  
Nota ferae quom lustra petunt, arbusta volucres,  
Quomque suos Proteus pellit in antra greges.  
Is nullus locus esse solet, cui corpora credant  
Fessaque per lucem membra labore leuent.  
Sed quicumque locus fuit obuius, illicet illo  
Corpora farta cibo deposuisse iuvat.  
Scilicet in mensa deprehensis mensa cubile est,  
Deprehensi in templis horrida templa tenent.  
Quinetiam pueris adeunt quicumque magistros  
Luce dabunt fulcrum scrinia, nocte torum.  
Ille Maro Cyrrhae decus, et tua fama Cytheron,  
Festis erit carmen non nisi vera loqui.  
Quom palatinus praeses sua pignora vati  
Artibus ingenuis erudienda daret  
Ille hominis clari precibus plectus. et auro  
Sperabat large cuncta habitura fidem.  
Atqui ob iter fessus quom prima nocte rogaret  
Instrueret facilem qua sibi parte torum,  
Pr pudor exclamat praeses, quae ignauia tanta ette  
Ut nisi pulvinis non iuuet empta quies.  
At nobis quibus es mos factis prodere famam

{Pigna 251}

Et stratum et scortum poscere crimen idem est.  
Erubuit uates, et foeni membra maniplis  
Vix tandem inuentis fessa labore locat.  
At palatino feretrum non lectus in aula est,  
Nam feretrum lecti suevit habere uices.  
Ut plane agnoscas hoc viva cadauera condi,  
Quae plane efferri par foret ante diem  
Quid? quod et inclusi thermis se ardentibus urunt.  
Et quae non possum ferre hipocausta colunt.  
Nec satis hoc epulis etiam sua viscera torrent.  
Et pipere accendunt gingiberique dapes.  
Una acres Raphanos fastiditumque Cyminum.

Quodque Helenae ex lacrymis nomina seruat olus.  
Et sale duratos caules, et frigore ponunt  
Cumque suis setis rancida terga suis.  
Huc omnes sine more manus immittere certant,  
Plusque potest, qui plus, carpere, laudis habet.  
Turpia concretis addunt mancilia uillis,  
Nec qua te pofssis tergere mappa datur.  
Omnia quae stomachus non solum ferre recuset,  
Sed vix hoc carmen te puto posse pati.  
Nam bene si ingenui mores agnosco palati,  
Nausea de versu iam tibi facta meo est,  
Sed licet et montes, et diuidat inuia tellus,  
Et mare, et excelsts flumina nata iugis.  
Infensi; hominum mores, et in hospita mundi  
Portio et heu miserum me mea fata trahunt.  
Non tamen haec, cumque is incommoda mille ualebunt  
A patria curas dissociare meas.

{Pigna 252}

Quin vivat uestri semper mihi cura sodales,  
Absentemque absens, me procul esse negem.  
Et tua prae cunctis Daniel succurrat imago,  
Illa mihi innumeris dueis imago modis.

ROCCHAE CANIS ENCOMION.

QUOM lego, quom sotii naturae arcana loquuntur,  
Nos viden ut cupide respicit ista cans?  
Et siquid docte siquid dicatur acute  
Ora auresque mouet ceu bene dicta probet.  
Quin et labra mouet ceu respondere parata,  
Humana posset si modo voce loqui.  
Stans etiam pedibus primis adlectat amice:  
Quos nobis liceat iure vocare manus.  
Quin et recta solet multos producere passus  
Et recto vultu sydera suspicere.  
Et quom non aliter testari possit amorem:  
Adludens blande basia ferre solet.  
Si pilus, aut labes nostris in uestibus haeflt:  
Aut lingua, aut cauda tergit utrunque sua.  
Nusquam abu, et libros inter versatur, et illos

Aut legit, aut certe more legentis agit.  
At quoties nobis sacra sunt facienda camoenis:  
Prima omnes inter gymnasium illa subit.  
Et solium scandens omnes prospectat, et inde  
Approbat assiduos, desidiamque notat.  
Certe olim Lacydem sestatus dicitur anser,

{Pigna 253}

Miratus docti pectoris anser opes.  
Sunt qui Damonem latuisse sub ansere credant.  
Cur ego non credam sub cane Pythagoram?  
Et quando solet aduersos timuisse Molossos  
Sub cane forte putem verius uripidcm.  
Quem laniasse canes media sub nocte feruntur,  
Auctores diri nunc timet exitii.  
Quippe et Anaxagoras illi monstrasse putatur  
Quae sectanda forent, quae fugienda frent.  
Ignotus si forte aliquis penetrauerit aedes  
A quo uelfurtum aut insidias metuat.  
Actutum celeri cursiu, ingentique latratu:  
Hunc illum exterret, nec sinit esle domi.  
Se nec dente tamen saeuit, nec mordicus ullum  
Appetit, et sat habet exagitasse procul.  
Verum siquis hero petulanter forte minetur,  
Pro domino praesto est fanda nefanda pati.  
Addsultat quantumque potest sese obiicit hosti,  
Sauciaque hic demum promptius arma subit.  
Et tunc dente fremit magis, et magis ingruit ira,  
Nec sane dominus ni cadat illa, cadet.  
Esse simultates felixque, canique perennes  
Nouimus, haec vernis felibus ae qua tamen.  
Delicias facit, et placide lasciuit in illas,  
Atque pares uno sumit ab ore dapes.  
Et quom uenantur mures, comes exit in hostem,  
Et ducis, et partes militis una subit.  
Lustra etenim rimatur, inaccessosque meatss  
Donec praesagis naribus eliciat.

{Pigna 254}

Quom vero nacta est praedam mirabere lector,

Ludit post lusus liberum abire sinit.  
Simia sola odio est, sola haec aequalibus armis  
Nata giganteo sanguine bella mouet.  
Haec lucta melior, melior se attollere saltu:  
Eluditque sua mobilitate canem.  
At canis in pugna melior contendere contra:  
Conseruatque suas in statione uices.  
Ergo praepetibus uariat victoria pennis  
Inter se quotiens conseruere manus.  
Simia virosos solita est infigere morsus  
At canis infigit vulnera lata magis.  
Quod si quis pugnare sinat pars altera donec,  
Concidat, et cesset pugna dirempta nece.  
Postquam constiterit permulto sanguine lucta:  
Iudice me dabitur laurea fessa cani.  
Simia hersitem i si me non omnia fallunt  
Obtegit, hic rixas, hic fera bella mouet.  
Sic quom olim premeret Troas argiua iuuentus:  
Atque oppugnarent pergama mille rates.  
Ille probris regum regem sine fine petebat,  
Nec metus hunc poterat, nec retinere pudor.  
Et Laertiadae, et magno obtrectabat Achilli,  
Et vix mulctatus fustibus inde sapit.  
Si nunquam magnis heroibus ille pepercit:  
Qui potis a nostra est abstinuisse cane?  
Hoe quoque chara magis, quo Monferratus in illam  
Desipit, ille animae pars numerosa meae.  
Inque sinum admittit, pulvinoque excipit alto:

{Pigna 255}

Atque suos lusus, deliciasque vocat.  
Nec tam indulgenter nutrix blanditur alumnae,  
Blandiri ex animo quam solet ille cani.  
Quam bene nouit heri graphice, quam nouit amicos?  
Quam rursus inclemens hostibus esse solet?  
Fida comes ququo ire libet, nec terret euntem  
Longum iter, et quando fessi alii ipsa recens.  
Si quando a nobis digressa errore uiarum est,  
Aut sane in turba substitit, aut triuiis.  
Ipsa domum propere relegit uestigia retro.  
Nec pluuiae, aut aestus detinuisse ualent.

Currit agros, peragrat montes, et flumina tranat,  
Et rumpit quicquid causa morae esse potest.  
Mox appulsa domum specula prospectat ab omni  
Anxia, donec herum iam redisse videt.  
Res mira est, sed vera tamen, si ianua clausa est  
Ipsa manu pulsata, vel famulum ore vocat.  
Illi nimirum musarum maxima Mneme  
Omni ex parte suas suppeditauit opes.  
Qua peter Aemyli, et meci magnae agmen equorum.  
Truncantem segetes illa secuta bouem.  
Abfuit, et quaesita diu, et clamata per agros  
Credita iam prorsus deperiisse mihi.  
Aut morsu laniata lupi Dryadumue rapina  
Nec mirum Alcidae sic quoque raptus Hylas.  
Inde domum repetens sublimi e parte fenestrae,  
Gannitu exceptus miror adesse domi.  
At tum certatim nostrum gratatur uterque,  
Illa uod adsit herus, ipse redisse canem.

{Pigna 256}

E labyrinthis anfractibus egrederetur  
Sponte sua, et filii non opus arte foret.  
Si foret ad illi ripas, sacer esset Anubis.  
Indica si teneat regna Sibota regat.  
Si foret in caelo nunquam esset laetifer annus  
Da Stygia, iam reditus e stygia liber erit.  
Atqui nec canibus consueta uescitur esea:  
Sed strobili, atque iuglans huic solet esse cibus.  
Saccareos orbis etiam, et bellaria mire  
Appetit ut dicas, quam sapit ista canis?  
Pollio qui reges, regumque tot incluta facta:  
Carmine prouexit vel super astra suo.  
Saepe canis uoluit memorandas dicere laudes  
Demum tanto oneri se negat esse parem.  
Ille quidem implorabat opem, Phoebumque rogabat,  
Sed frustra ephyri uota precesque ferunt.  
Pollio nosce tuas vires respondit Apollo:  
Sarcina non haec est uiribus apta tuis.  
Nos superi, nos qui caelestia plectra mouemus  
Possumus haec magna uix celebrare lyra.  
Sed quoniam pater omnipotens componere sueuit,

ignum anima corpus, corpore dignam aniam  
Non magna est, nec parua tamen, non ardua ceruix  
Non caput, at toto corpore forma teres.  
Candida tota prope est: nigras discriminat aures  
Linea quae bifidam frontem, oculosque facit  
Dextrae auris rarus spargit fastigia candor,  
Ut fusos possis credere lacte pilos.  
Una quae in tergo labes, quae cornua Lunae

{Pigna 257}

Assimulat, de me has omnia lactis erunt.  
Et dentes ebori certant, et lingua corallis.  
Glaucaque sub media lumina nocte nitent.  
Quin etiam crispis densatur pectora uillis,  
Marmaricus siueuit ceu leo ferre iubas.  
Sub recta in morem falcis, uillosaque cauda,  
Sensum animi blande significare solet,  
Nomen Roccha illi est, nomen divinitus illi  
Impositum e caelo causa petenda foret.  
Vox audita die qua matris prodiit aluo  
Roccha solo primum debita, deinde polo.  
Et quotiens miseros exuret Sirius agros  
Exustis agris Roccha leuamen erit.  
Nam Ganymedeia fulgebit sydus in urna:  
Usserit ut quicquid Sirius, illa riget.  
Non Melitae huic patria est, teneris foecunda catellis:  
Quas tepido solita est virgo fouere sinu.  
Non albana tulit regio, nam corpore uasto  
Hoc genus immanem Ahinocerota premit.  
Aut elephanta rotat, dum magno concidat ictu,  
Qualia miratus praelia rex Macedum.  
Sane hoc Artusus fertur de semine natus,  
Ille ursis saeuis ille timendus apris.  
Quem dux Carutum nostri aeui maximus heros:  
Vul sotium in yluis, vult sotium esse domi.  
At mea Roccha sata est e stirpe utraque, refert;  
Viribus hos, illos moribus, atque fide.  
Talis erat nouit qui primus lyssea, talem  
Esse canem iustae credimus rigones.

{Pigna 258}

Audierat generosum animi, et facta inclyta Rocchae  
Et occhae inuidit nobile carmen eris  
Tum Momum accersit, contra ut convitia faxit,  
Et siquid possit iure notare, notet.  
Scilicet ut dictas laudes convitia pensent:  
Pruritusque auri gratus ab aure cadat.  
Hic oculis Momus Roccham rimatur acutis,  
Atque adeo exacte summaque et ima petit.  
Atque ait olim hominem quom Iupiter absoluisset:  
Erubuit, ratio iusta ruboris erat.  
Nam quom animal uari ad fraudes, noxasque parasset  
Sub medio speculam pectore non statuit.  
Cornua eptunus taurino in vertice fixit  
Cornua tauri humeris diximus apta magis.  
Quom nobis olim Citherea oblata fuisset:  
Tota placet crepidae non placuere mihi,  
At nihil in Roccha video, quod carpere possim,  
Omni ex parte placet, tota quadrata mihi est.  
Displicet hoc, laudes sunt vera laude minores  
Nec numeros implet musa pusilla suos.  
Nunc, olim, quocunque canem quis tempore carpet  
Ille magis Momo, credite Momus erit.  
Laelaps, Moera, Lacon in postera secula vivent  
Et te Roccha diu fama loquetur anus.  
Ardua pellaee ruerint cum saxa peritae,  
Aeterna vivet nomen in arce tuum.  
Materia es vatuum tibi Pimpla instaurat honores,  
Iiicient auidas nec tibi fata manus.  
Et Cyri, et Cambosis squos longa obruit aetas.

{Pigna 259}

At tu post cineres Roccha superstes eris.

DE IOVIANO PONTANO.

CREDITUS ocubuisse Maro secesserat olim,  
Ut caeli motus, labentiaque astra videret,  
Mox rediens ad nos Ioviani nomine, terris  
Quid felix prosit, quid noxia stella minetur.  
Exposuit, nostrisque oculis substravit olympum,

Scilicet hoc deerat, pecudes, styga, praelia turmas  
Scripserat, extremum votis fuit aureus axis.

#### IN PARTU IRENEAE DUCIS.

HUC ades o Lucina tuas tibi dicere laudes  
Conuenit, et meritas pro tanto munere grates  
Reddere, quom nobis optatam ex Hercule prole,  
Quom nobis dederis felici e germine germen.  
Huc ades o Lucina tuos adolemus honores  
Auspicio Ireneae tuo quom munia partus  
Functa sit, et dignam nobis utroque parentem  
Det sobolem, solio quae olim potiatur auito.  
Ireneae igitur Ahodanusque, et Gequana nomen  
Ingeminent, laudes, feliciaque omina dicat.  
Eridanus, laetas repetat Ferraria voces.  
Cuncta iocis, resonent felicibus omnia votis.  
Magnanimi Alcidae tollatur ad aetera nomen.  
Dicite io Alcide hac unus coniuge dignus.  
Dicite io Ireneae una est hoc coniuge digna.  
Hoc quoque coniugio nata est dignissima proles.  
Ergo age blande puer dulc complectere matrem,  
Ergo age blde puer dulcem complexare parent,  
Iam tibi tergeminae nent aurea fila sorores,  
R 2

{Pigna 260}

Excubat ad Cannas fortuna, et patria virtus.  
At tu summme pater sine quo mortalia uota  
Irrita sunt, sine quo vis omnis nostra fathiscit  
Aspice nos, nostrasque preces feliciter audi,  
Atque tuo nutu nobis data munera sancit.

#### RISUS ENCOMION.

MEREOR abi, subeat risus, mihi pectora risus  
Impleat: et laeto reboent praecordia risu,  
Risus enim Diui atque homini est aeterna voluptas,  
Nam siquid fidei magno praebemus Homero  
*Asbesos d'apnoto gelos manareoi theosin.*  
Quin etiam fuerat sancitum lege Lycurgi,



Ut Lacedaemonii post bella exhausta litarent  
Laetitia, atque bono facerent solennia risu,  
Illius, et lapide pario substruxerat aras,  
Hic ubi post Mavortis opus gens aspera bello  
Ponebat vigiles curas, suetosque labores.  
Quom faciem attritam galea quom pulvere foedos  
Porrigeret vultus, et frontem nube levaret:  
Ipsa comes risus aderat sine casside Cypris,  
Et largos hilari fundebat pectore risus.  
Vos quoque Romulidae quondam, vos inclyta rerum.  
Imperio soboles genitabilis aura favoni,  
Quom primum duro concretas frigore terras  
Laxabat, vernis intexens floribus arva  
Ardua magnarum soluistis pondera rerum  
Risibus, et grandes mirata est Roma cahinos.  
Scilicet haec populos, haec magnum continet orbe.  
Temperies, gravitas, simul et lascivia iunctae,

{Pigna 261}

Et risus curis, et nexa modestia luxu.  
Haec quoque me procul a patria aspectuque meorum  
Per maria, et terras tot tempestatibus actum  
Soletur, dirique levet dispendia fati.  
Donet et optatos post longa incommoda risus.

ECHO MONOSILLABA.

QUA voce innumus sit ut omnibus insita pax? Pax.  
Quid facit ut tripedem superet quadrupes? Pes.  
Turpe quod immundus sapiat plusquam sapimus. Mus.  
Arboribus felix nimio sed sole miser. Ser.  
Quae res est in qua consistit maxima vis? Vis.  
Quod studium doctus profitetur Saufrius? Ius.  
Quid facit ut sit idem stygius canis atque trifaux? Faux.  
An quatiunt caelum tonitru ut credunt trepidi, Di.  
Una est qua tegitur plebeius, atque venox, Nox.  
Quis magnis magno praefertur numine Dis? Dis.  
Dic Dea quae nam invisita bonis quae optata malis? lis.  
Fas ne putas, an forte putas praestare nefas? Fas.  
Quid demi reliquuum est liquat argentum quom opifex? Fex.  
At Phyllis idem remeavit iter rhodopeia ter, ter.

Quot populum in partes latii excrevere patres, Tres.  
Praescribit fines tueatur quos aquilex, Lex.  
Fagina glans homini fuit ante an vesca iuglans, Glans.  
Alta poli, sicut ponti secat imo phagrus. grus.  
In scena nunquid vox an mage sibilus est. est.  
Quidnam hominum primum facit unanimes animos? mos.  
Sit popul, et pecori comunia nomina grex, Rex.  
Esto mihi bello rediit quicumque redux. dux.  
Quid fit sextantes senos quom multiplicas. As.

{Pigna 262}

Temporibus nostris quid nobilitat proceres? Res,  
Clamat amore gravi Corydon iam perditus heu, Heu.  
Quam bene alit luna genitus flores teneros, Ros.  
Noxia versatur qua structa est rustica seps. Seps.  
Si modo des supplex abolet crimen penitus, Tus.  
Vas capitis rerum et fidei subit interpres, Pres.  
Rus petitur medico, petit agrestis creperus, Rus.  
Ceu glacies color est onychinus qualis onix: Nix,  
Dic quod alit furtimque facit robustius os? os.  
Quid facit infensos Veneri Veneris Cupidos? Dos.  
Sphinx Syrinx distant ceu distant omnia lynx, Lynx.

AD IANUM.

IANE pater nobis agedum feliciter adsis  
Candidus, et fulvo veniens gradiaris amictu,  
Atque exporrectae decedant nubila fronti.  
Purpureus splendescat apex, et dextera laurum  
Porrigat: Det glauca crines cingantur oliva.  
En tibi tura damus, puramque adolemus acerram,  
Atque bono bona verba die de more sacerdos  
Ingeminat, cui turba favet linguisque animisque.  
Tu pater arride, et laetus laeta omina faxis  
Nanque potes, pater omnipotens tibi limen olympi  
Credidit idem unus coelestis ianitor aulae,  
Nec sine te quisquam capiat sua sacra Deorum,  
Asurgunt venienti etiam subsellia Divum:  
Certatimque omnes mensa dignantur honora,  
Tu vero facile nusquam cervice reflexa,  
Et tua terga vides, et pectora conspicias idem:

At nunc quamprimum depelle incommoda morbi,

{Pigna 263}

Nec quicquam a sacris animum divertere possit:  
Sed tibi, sed musis totus incumbere possim,  
Nec mens concipiat quicquam nisi laetum, et amoenum  
Quodque abigat curas, et gaudia pectore condat.

DE AUSPICATO FULMINE.

AGNOSCO tonitrus, ac laevi fulminis alas,  
Et nitidos ignes, et clarae incendia lucis.  
Haec Capitolini Iovis arma, hoc igne coruscat  
Ipse pater solet hunc tenues vibrare per auras  
Quom maiora parat magnis fastigia rebus,  
Nec meliore potest humana negocia coelum  
Evehere augurio, quod si me magnus Apollo  
Vera monet, si parta tuo iam gloria nutu,  
Certa refert ego mox triplici tua tempora princeps  
Suspiciam redimita auro, mox oscula figam,  
Suppliciter sanctis pedibus, ni fronte serena,  
Syderei facilis postes reserabis olympi.  
O mihi laeta dies, o longo optatior aevo:  
Quando ego te supra generis fastigia nostri  
Evectumque alte solio, fulvaque curuli  
Principio graviore canam? nec pegasis unda  
Proluerit, satis unus eris mihi carminis author,  
Auspiciisque tuis non me rhodopeius Orpheus  
Vincat, et aurata meditans fide carmen Arion.

NOVEM FRATRUM TUMULUS.

CIPPUS hic heu quantas animas, heu qualia sistit  
Membra novenorum super incumbentia fratrum,  
Almo, Hiber, Apher, Itys, Ahodo, Phryx, Aper,  
Helius, Agmon

R 4

{Pigna 264}

Almo bonus ductare acies, Hiber eminus hastis,  
Sed conferre manus Apher, dimittere telum  
Doctus Itys, Ahodo consilium explorare dueldli,  
Phryx cognoscere aues, Ap in medicamina solers,  
Helius ire pedes, Agmon succendere cantu  
Praelia, qui felix pater unus, Aritia mater  
Diuersae genuere dies, lux abftulit una.  
Almo tractus equis, sed Hiber succurrere fratri  
Dum cupit aeripedis stratus cadit impete monstri,  
Excussus curru iacet Apher, Itysque sagitta  
Saucius exanimatque phalarica saeua Ahodonem,  
Traiicit hasta Phrygem, balearis verberare fundae  
Ictus Aper, cecidit nullius vulneris ergo  
Helius, ipse nouem manibus confecerat hostes  
Qui super incubuit sub aquis furit obrutus Agm  
Tam meritos manes hospes sertisque, rosisque  
Ture, mero et cafia large cumulare memento.

AD LEONEM X. PONT. MAX.

NON ego crediderim vitalis praemia vitae  
Excipere has auras, quas nobis pervius aer  
Inspirat: non summa poli convexa tueri:  
Non haurire oculis gratos Hyperionis ignes,  
Sed si vera ferunt qui rerum arcana, Deosque  
Nosse putant, et se supra mortalia tollunt,  
Nostrum summa boni praesenti ex numine pendet,  
Hinc caelestis amor nobis: hinc certa voluptas:  
Hinc animos vigor ille perennis caelitus afflat:  
Quis me felicem fortunatumque negarit?  
Cui tam praesentem fas est cognoscere Divum?

{Pigna 265}

Cui pia tura damus, meritosque adolemus honores.  
Huc ades ò felixque meis ad labere votis.  
Magne Leo, nam tu caelo demissus ab alto  
Ut pacem extinctam revoces: ut foedera iungat  
Desperata diu, tu secli conditor aurei.  
Per te religio terrasque Astrea revisit.  
Iamque olim extorris virtus sua signa recepit:  
Cessit amor ferri, cessit vesana cupido

Auspiciisque tuis duri cessere Tyranni.  
Quomque homines curare Deos humana negarent  
Affulsit postquam tua lux Leo maxime Terris  
Absolvit superos: expuncta infamia fati est.  
Iamque homines curare Deos humana fatentur,  
Per te digna bonis debentur praemia: per te  
Insontes, quae sint probitatis munera norunt:  
Artibus ingenuis rediit sua gloria: Vates  
Phoebei vates surgunt maiore cothurno.  
Ordo aetasque omnis vel te tuaque inclyta facta  
Vel merita enumerat magnum vulgata per orbem,  
Quin etiam pueri loetum poeana [sic: letum paeana] canentes  
Vagitus tibi se primos debere fatentur:  
Quod nos felices nullo discrimine reddis.  
At vos caelestes, si vos pia carmina tangunt  
Munera vestra diu magnum servate Leonem  
Nil etenim terris maius meliusve precemur:  
Quandoquidem hoc uno complectimur omnia voto,  
Tempus erit quo te dicam maioribus orsis  
Sancte pater, quom iam rediens oriente subacto  
Victor idumea praecinctus tempora palma

{Pigna 266}

Tussagetas, Arabas, et adempto lazygas arcu  
Celsus ages curru, tam magna, et longa tuorum  
Probra, palestini que ultus sacraria regis.  
Tunc ego iam plectro melior, iam grandior aevo  
Occurram, et victorem ampla venerabor acerras  
Et tua votiva verram vestigia barba.

#### [IMAGO D. HIERONIMI IN NUCIS CORTICE EXPRESSA.](#)

ECQUIS in angusto spirantem margine fixit  
Te pater incurvumque genu, impexumque capillos  
Et multa illuvie squalentem, incanaque menta  
Pallidaque ora fame et multo membra horrida tabo  
Promentem e sacco, et maculosa nebride cinctum,  
Et duro toties plangentem pectora saxo?  
Pectora tot foecunda bonis, quae flumine largo  
Fuderunt nobis arcana volumina Mosis,  
Divinas et opes, priscorum oracula vatum

Unde salus, unde et vitae melioris origo  
Panditur, in cunctas praescripto ex tempore gentes  
Quom vero nullus tanti pomeria limes  
Ingenii, nullus vim linguae includere possit:  
Nunc tamen et nucis in tenui stas cortice totus,  
Et nucis area magna vacat quando altera tantum  
Pars bifidae molis fuit acri obnoxia ferro.  
Altera adhuc riget, et sociae manet indiga laudis,  
At tu docte senex totus, non solus in illa es  
Nam tecum adsurgit saxis impervia rupes  
Horrida, et attollens ad caelum immane cacumen,  
En etiam nemus umbriferam gravis aura fatigat?

{Pigna 267}

Atque huc, atque illuc steriles provoluit arenas,  
Cumque ipsis angues sinuosos miscet arenis.  
Parte alia pendet sacrati ex more trophaei  
Ostro insignis apex, duplici quem tenia nodo  
Alligat atque abiuratos tectatur honores.  
Hinc viden ut totam longe procumbat in alvum,  
Et defendat herile latus, vastosque recessus  
Occupet, ille Leo, timor ille libistidis orae  
Nunc iacet, atque intra thesauros colligit ungues:  
Illos olim ungues manantes caede frequenti,  
Aspicias ut posita nunc se cervice reclinat,  
Exertaque senis lambat vestigia lingua?  
At te sancte patern, nec saxa, nec horrida rupes  
Nec fera, nec nemoris fragor avocat omnis olympum,  
Mens inhiat totum pectus suspirat Iesum.  
Illum animo illum oculis, illum omni concipis ore,  
Illum unum aspectas pendentem e robore celso:  
Suffixasque manus, perfossaque pectora, et heu heu.  
Omne caput lacerum crudeliter ostentantem.  
Atque haec perpressum nostras ut sanguine noxas  
Eluat, et miseros geniis coelestibus addat.  
Ergo tantarum te nunc miracula rerum  
Nunc pietas, nunc summa movet clementia patris,  
Muneraque, et promissi animo obversantur honores.  
Scilicet et aethereas praeclarum est scandere sedes  
Et tandem numerum magnorum augere Deorum.  
Sic bene habet, tua cana fides tuaque inclyta virtus

Me iuvat, et sanctis mens santa exercita factis.  
Hoc piget, ipse insons atque omnis criminis expers

{Pigna 268}

Hei mihi te nimium exemplis crudelibus urges:  
Tunc adeo pius erga omnes, in te impius unum?  
Quid male mulctatum tergo, quid livida cervix  
Commeruere? quid in superos committere tantum  
Hae potuere genae? flagris fletuque rigentes,  
Quid latera haec Cilicum crudeliter obsita setis  
Et spinis implexa? Quid enthea pectora tantum  
Admisere nefas? Quid mens caelestibus hausta  
Ignibus? atque olim caeli pars magna futura?  
Nunc quoque nil spirans nisi caelum in carcere tetro.  
Ausa quid est? tantis quae digna piacula poenis?  
Quam lacrymis, et sollicitis singultibus usque  
Nocte die crucias, en vix cutis arida membris  
Nititur, attritaque haerent compagine costae,  
Nec iam ille es, gelidum qui quondam natus ad Istrum  
Arva palestino petiisti torrida cancro.  
Illius tenuis nunc vix agnoscitur umbra.  
Cur tantum licuit de te tibi? non ferus hostis  
Haec ausit non monstra istis errantia sylvis,  
Tun monstris, saevoque in te crudelior hoste  
Parce pater, tibi parce pater, nos verberanos haec  
Flagra decent quos millemodis rapit impetus ames  
Dum caelum toties superosque laccessimus ultro.  
Hinc vocat ambitio, trahit hinc vesana libido.  
Hinc mouet ira suos stimulos, timor inde coercet  
Hinc premit illa animo semper rediviva voluptas,  
Nos ergo exultantem, atque in diversa trahentem  
Castigemus equum, ut spatiis inclusus iniquis  
Et mores ferat, et leges patiat heriles

{Pigna 269}

Sed quoniam sine praesidio, sine numine Divum  
Nitimur in cassum, et vis humana fathiscit,  
Heus age, et infandos animo miserate labores  
Huc ades pater, et propius res aspice nostras:  
Atque tuae nobis plage, tua verbera prosint.

Haec ego quom Bernarde tui admirabile munus  
Aspicerem, mecum meditabar, et omnia circum  
Lustrabam exili Calyci nucis addita, quavis  
Nec labor exilis tenuis nec gloria, quondam  
Sic Callicratidae graii et Myrmecidis artem  
Mirati, et magnum vitrea sub imagine mundum.

{Pigna 270}

LUDOVICI AREOSTI  
CARMINUM. LIBER PRIMUS.

AD ALPHONSUM FERR. DUCEM III.